


Zd  
2310



Fun. K. 264, 20



A. D. G. O!  
DISSERTATIO HISTORICA  
DE  
**PETRODRES-**  
**DENSI,**

<sup>Qvam</sup>  
JOVA TRIUNO annuente,  
Inclyto SENATU Philosophico consentiente  
In alma hac PHYLUREA  
Sub PRÆSIDIO

VIRI EXCELLENTISSIMI  
**DN. M. JACOBI THOMASII,**  
Eloquent. Prof. Publ., Ampliss. Philosoph.  
Ordinis Sub-Senior., Min. Princip. Colleg.  
Collegiati, &c.

Præceptoris, suorumq; studiorum Promotoris  
filiali Reverentiâ devenerandi,

Placidæ ΣυμΦιλολογίαν των συζητήσει publicè submittit

Addiem XX. Aprilis, A. E. C. M. DC. LXXVIII.

H. L. Q. C.


**JOHANN-CHRISTOPHORUS Schreiber /**  
**DRESDENSIS**, Phil. Baccal. SS. Theol. Stud.  
ac Sereniss. Sax. Elect. Alumnus.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

885.

DISSERTATIO HISTORIA  
DE  
LETRATORIAS.  
DEIN21





# Juvante Triuno!

§. I.

**I**T inter *Martyres*, qvi pro sanâ religione vitam pro-  
fuderunt, celebre nomen est JOHANNIS HUSSI,  
qvi à Concilio Constantiensi damnatus ad rogum, inter flam-  
mas beatissimo exitu mortalitatem A. 1415. depositus : ita  
non dubitamus *Confessoribus* annumerare PETRUM DRES-  
DENSEM, qvi Husso σύχεσεν Evangelicæ religionis tūm in pa-  
triâ, qvam Germaniam nostram habuit, tūm in Academiâ apud exte-  
ros Pragensi, strenuum egit assertorem, pati q̄ve maluit exilium, qvam  
veritatem semel agnitam abnegare.

P E T R U S  
D R E S -  
D E N S I S.

veritatem semel agnitam abnegare.  
§. 2. Dignus omnino vir, cuius historia, passim quidem obvia,  
sed haud paulo quam Hussi & pressior, & occultior, adhac non iis-  
dem ab omnibus, qui calumnum illi ad moverunt, vestita circumstan-  
tiis, curatiis exponatur. Qua occassione licebit simul *Confessoris* alte-  
rius, quem JACOBUM MISNENSEM vulgo, item JACO-  
BIELLUM vocant, memoriam renovare: est enim utriusque com-  
plicata notitia.

plicata notitia.  
§. 3. Sed circumspiciendi ante omnia sunt fontes, è quibus hau-  
riamus, hoc est, scriptores, ad quorum provocare queamus testimoni-  
um. Juvabit autem hic omnium, quorum copia nobis fuit, ordine al-  
phabetico digesta nomina, singulorum libris adscriptis, recensere.  
Sic enim non fuerit necesse, quoties quisque citandus veniet, toties  
libri quoque, capitis, paginæ, similiumque minutiarum indicia ap-  
ponere.

ponere. §. 4. Petrum ergò Dresdensem memorant Petrus *Albinus* Meißn.  
Land-*Chron.* tit. XXV. f. 336. ed. Dresd. 1590. Robertus *Bellarminus*  
Disp. de controv. fid. Tom. III. lib. IV. c. 20. f. 727. ed. Colon. 1619.  
Anton. *Bonfinius* rer. Ungar. Dec. III. lib. II. f. 387. ed. Baf. 1543.  
Martin. *Boregk* Böhmi. *Chron.* f. 346. ed. Witeb. 1587. Abrah. *Bu-*  
*Martin.* *Boregk* Böhmi. *Chron.* f. 346. ed. Witeb. 1587. Abrah. *Bu-*  
*cholcerus*

A 2

## *cholcerus*

*memoratur  
à Sariis  
Scriptoribꝝ,*

*ebolcerus* Ind. Chronol. sub A. 1410. p. 376. ed. Francof. 1634. Georg. *Calixtus* Disp. contrà Commun. sub unâ §. XXXIV. a) Sethus *Calvius* Chronol. sub A. 1411. p. 1087. ed. Francof. 1630. Mart. *Chemnitius* Exam. Concil. Trident. Part. II. tit. de Comm. sub utraqve f. 330. ed. Francof. 1609. Leonh. *Coquæus* Antimorn. f. 258. ed. Mediol. 1619. Mart. *Cromerus* lib. XVI. de reb. Polon. f. 260. ed. Baf. 1568. Jo. Cunr. *Dietericus* auðtar. ad Catal. test. ver. p. 189. ed. Cattopol. 1667. Matthæus *Dresserus* Isag. Histor. Millen. VI. p. 174. ed. Lips. 1609. item de urb. Germ. p. 209. ed. Lips. 1613. Jo. *Dubnivius* hist. Bohem. lib. XXIII. f. 225. ed. Baf. 1575. Georg. *Fabricius* annal. urb. Misnæ sub A. 1410. p. 139. ed. Lips. Matth. *Flacius Illyricus* Catal. test. verit. p. 732. ed. Francof. 1666. Seb. *Franck Chron.* f. 410. ed. Strasb. 1531. Joh. *Gerhard* conf. Cathol. lib. II. special. part. II. art. 14. c. 7. p. 1076. ed. Jen. 1636. Jac. *Gretserus* c. 62. *Mystæ Salmur.* p. 506. ed. Ingolst. 1614. Wencesl. *Hagecius* Bohm. *Chron.* Part. II. sub. A. 1414. f. 73. ed. Prag. 1596. Christoph. *Helvicius* Theat. Histor. f. 138. ed. Marp. 1638. Val. *Herberger Herz-Poßtill* Part. II. f. 131. ed. Lips. 1613. Joh. Jac. *Hofmannus* Lex. univers. Tom. II. f. 136. ed. Baf. 1677. Joh. *Jonstonus* Polyhist. part. V. p. 646. ed. Jen. 1667. Alb. *Krantz* Wandal. lib. X. c. 2. f. 227. ed. Francof. 1580. Hier. *Kromayer* Hist. Eccles. p. 527. ed. Lips. 1666. item Theol. Positivo-pol. p. 944. ed. Lips. 1671. Wolfg. *Krüger* Catal. Vornehm. Pers. p. 214. ed. Erf. 1627. Bernard. *Lutzenburgus* Catal. hæret. sub. lit. P. b) Phil. *Mornæus* myster. iniq. p. 1190. ed. Salmur. 1612. Jo. *Nauclerus* Vol. II. Chronogr. generat. 47. f. 265. ed. Tubing. c). Lucas *Osiander* epit. histor. Eccles. Cent. XIV. lib. IV. c. 7. p. 441. ed. Tub. 1604. Theod. *Petreus* Catal. hæret. p. 92. & 172. ed. Colon. 1629. Jac. *Picolomineus* Cardinal. Papiens. Comment. lib. VI. f. 423. ed. Francof. 1614. d) Gabr. *Prætolus* elench.

---

a) adjecta hæc Disputatio est Georgii Cassandri Dialogo de Commun. sub utraqve spec. Helmstad. 1642. ubi hæc leguntur p. 100. b) ad manum fuere nobis tres editiones, quæ omnes videntur Colonenses, quanquam non nisi uni, quæ prodit A. 1529. in 8. nomen loci adscriptum. Altera in 8. est anni 1526. Tertia (quæ qvidem cæteris vetustior appareat, ) in 4. nec locum nec annum aperte prodit. c) inspectæ sunt & duæ Colonenses, altera A. 1544. f. 915. altera A. 1579. f. 1034. d) Opus hoc totum Jacobi Cardinalis adjunctum est rer. memor. commentariis Pii II. Cæterum ex hoc opere excerpta de Hussitis exhibet etiam Marq. Freherus in scriptorib.

Georg.  
nus Cal-  
Chemni-  
ve f. 330.  
iol. 1619.  
Cunr.  
7. Mat-  
9. item  
em. lib.  
snæ sub  
t. verit.  
sb. 1531.  
p. 1076.  
Ingolst.  
4. f. 73.  
. Marp.  
13. Joh.  
oh. Jon-  
Vandal.  
Eccles.  
ps. 1671.  
ernard.  
er. iniq.  
generat.  
f. Cent.  
. hæret.  
apiens.  
anteolus  
elench.

elench. hæres. lib. XIV. e) Jo. Andr. *Qvenstedt de patr. illustr. vir.*  
p. 223. ed. Witeb. 1654. Hartm. *Schedel Chron. sub. sexta Æt. mundi*  
f. 238. ed. Norib. 1493. Tob. *Schmidt Zwickl. Chron.* p. 412. & annal.  
p. 179. ed. Zwicke. 1656. Just. *Söffing in reb. gest. ab A. 1500. ad 1600.*  
p. 92. ed. Rudolst. 1670. Aen. *Sylvius c. 35. hist. Bohem.* p. 72. ed. Col-  
lon. A. 1532. e) Zach. *Theobaldus Husitenkrieg Part. I. c. 6.* p. 16.  
ed. Nürnb. 1623. Jerem. *Weber Vorred über das Gesangbüchl. lit.*  
a. 10. ed. Lips. 1638. Hieron. *Wellerus Analect. Part. I. c. 14.* verdeutscht  
durch Mich. *Hempel* p. 133. ed. Freyb. 1596.

In his post  
Æneam Syl-  
vium

§. 5. Jam in his omnibus cùm antiquiorem Æneā Sylvio, (qui  
& inter Pontifices Romanos Pii II. nomine celebris est,) neminem  
habeamus, operæ pretium fuerit, integrum ipsius locum apponere.

§. 6. Fateor, hujus Æneæ judicio, cùm de justitia causæ pro-  
nunciandum est, stare nos non posse: accenset enim Petrum Dresden-  
sem, (Pontificiæ quippe religionis adversarium,) pestiferis homini-  
bus atque hæreticis: sed obesse hoc non debet, quod minus in cæteris,  
quæ & pure sunt historica, & suspicione sinistri affectus non gravan-  
tur, ad Æneam cum primis flectamus oculos, qui & iis temporibus  
ipsis vixit, & Bohemicarum rerum satis peritus fuit f).

§. 7. Sanè verò plerique omnes, quos hoc in argumento lu-  
stravimus, aut ipsum aperte citant, aut sua illi, saltem si ultimam scru-  
teris originem, debent, eaqve si non omnia, saltem potissima.

§. 8. Factum interim sic est, quod vulgo in rumoribus solet,  
dum alius ab alio accepta, jam aliquid mutans, prout in mentem res  
venit, jam ciemens non nihil aut addens, disseminat. Solent enim spar-  
sa per varias ut lingvas, ita calamorum crenas, paulatim adeò trans-  
formari, ut à primis extrema mirum saepe in modum dissideant. Quod  
magis faciendum nobis, ut antiquissimum historiæ præsentis auto-  
rem interrogemus.

§. 9. Æneas ergo Sylvius c. 35. hist. Bohem. cum dogmata Val-  
cujus inte-  
A 3 densi-

rerum Bohem. Hanov. A. 1602. ubi de Petro Dresdensi leges f. 208. e)  
Earum, quas consului editionum, yetustissima hæc est. Inspectæ sunt &  
aliæ, VVolferbytana scil. anni 1620. p. 69. Basiliensis A. 1575. f. 31. & Han-  
oviensis A. 1602. (sub Freheri scriptoribus rer. Bohem.) f. 141. 142. Atque  
ex his ut Colonensi VVolferbytana, sic Bafileensi Hanoviensis satis respon-  
det. f) In præf. hist. Boh. pollicetur, ea se scripturum, qvæ partim vide-

ger locus de- densum, quæ & Hussitis impingit per calumniam g), recensuisset, scribitur, narrationem his verbis continuat: Nondum error de Sacramento altaris irreperserat. Sed attulit novam pestem Petrus Dresensis h), [id oppidum Misnæ i) super Albim situm k),] qui cum aliis Theutonibus paulò ante l) Bohemiam reliquerat.

§. 10. Cognitus inter suos, quia Valdensilepra infectus esset, patria pulsus, velut hæretorum asylum Pragam repetiit, puerorumq; docendorum curam accepit m).

§. 11. Apud Ecclesiam sancti Michaelis per id temporis populum prædicando instruebat Jacobellus Misnensis, literarum doctrinâ, & morum præstantiâ juxta clarus.

§. 12. Petrus hunc aggressus, mirari se ait, doctum & sanctum virum, qui divina eloqua plebibus exponeret, errorem illum non animadvertisse communionis Eucharistie, qui jam pridem Ecclesiam pessundasset, in quâ sub unâ tantum specie dominicum corpus populo ministraretur n), cùm apud Joannem Evangelistam & Apostolum Christo dilectissimum sub duplicitate panis viniq; sumi jubeatur, dicente Salvatore o): nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

§. 13. Commotus his M. Jacobellus, cùm perquisitis vetustis sanctorum Doctorum codicibus Dionysii præsertim & Cypriani p), communio-

---

rit, partim verò auditu acceperit. g) Cùm Valdensibus & Picardis confundi passim ab adversariis fratres Bohemiæ ( seu Hussitas ) observat

Joach. Camer. narrat. hist. de Ecclesiis fratr. in Bohem. & Morav. p. 6. & 13. h) Sic ed. Colon. & VVolferbytana; reliquæ duæ, Dresensis.

i) Misnæ, Hanov. Sed constat, veteres Misnam potius scripsisse, siue regionem totam, ut h. l. ( quam Misnam hodiè vocamus, ) siue urbem, ( quam Misnam, ) significare vellent. k) Sic Basil. & Hanov. Cæteræ duæ, omisso fluvii nomine, & duabus vocibus reliquis in unam concrescentibus, superfitum. Qvæ lectio minus clara posteà in deteriore, & planè corruptam transiit apud Bern. Lutzenburgum, ( hic enim disertè citat Sylvium, ) super Sitium. Opidum Misnæ super Albim situm reperies & apud Hartm. Schedel, haud dubiè describentem hæc è Sylvio. Sic Boregk f. 346.

Petrus von Dresden / an der Elbe in Meissen gelegen. l) Anno videl. 1409. qvo discendentes à Pragenfi Academiâ Germanos Lipsiensi nostræ originem dedisse constat. Migrationis hujus & apud Sylvium in præcedentibus mentio. m) accipit, ed. Basil. & Hanov. suscepit, Lutzenburgus & Prae-

teolus. n) seqvor editiones Bas. & Han. Reliquæ duæ minus bene:

ministrat. o) Joh. vi. v. 53. p) Fabricius Jacobellum à Petro Dres-

nionem calicis laudatam invenisset: prohibitus apud sacellum Archangelis Michaelis prædicare, in templo majore sancti Martini cathedralm sortitus, commonere q) populum cœpit, ne deinceps communionem calicis, sine quâ salvati nemo posset, quoq; opacto negligenter.

§. 14. Huic omnes hæretici consenserunt, haud modicâ gestientes letitiâ, qvòd articulum invenissent, in Evangelicâ lege fundatum, per quem Romanæ sedis vel ignorantia vel nequitia argui r) posset.

§. 15. Hæc Sylvius. Cujus non pauca cùm repetiisset Fabricius, ea subjungit, qvæ ad integrandam Petri nostri historiam non possimus hîc omittere. Qvanquam enim ex aliis ea s), & cumulatiora qvidem, promere poteramus: Fabricius tamen vel eo nomine placuit, qvòd hunc maximè viderentur alii secuti hâc in re non minùs, quam Sylvium in cæteris.

§. 16. Sic ergò ille Annal. Misn. sub A. 1410. p. 140. Fuerunt tūm qvædam temporis hi duo viri, Jacobus & Petrus, Johannis Husi socii, qvibus annumerantur Hieronymus Pragensis, Johannes Gesnitus, Stephanus Paletius, Matthias Engeranus, Petrus Lunensis.

§. 17. Petrus ille t) rediit in Misniam, & ludi moderator fuit pri- mūm in patria u), deinde Chemnicii & Zuicaviae.

§. 18. Hymnos Ecclesiasticos (tūm introitūs vocabant) de qvibus- dam diebus festis, item de natali Christi, in qvibus Germanica Latinis mixta sunt, ipse magnâ ex parte composuit, qui usq; ad nostra tempora in in usu fuerunt.

§. 19. Qvæjam è Sylvio partim, partim è Fabricio descripsi- PETRI  
mus, summam eorum continent, qvæ jam paulò exquisitiūs distin- D R E S-  
gvere, dilatare, illustrare, disceptare, aut aliorum saltem relinqvere DENSIS  
judiciis propositum est. Qvâ qvidem in re sic versari nos decet, ut semotis affectibus, qvos alioqui mereri poterant personæ, qva- rum sive exponendæ sunt historiæ, sive audienda testimonia, nihil habeamus ingenuâ veritate antiquius.

#### §. 20. Pla-

denſi è Dionysii & Cypriani libris edoctum ait. q) commobere, Bas.  
Hanov. & VVolferb. r) Bas. & Han. coargui. s) cumprimis qvæ

§. 17. 18. memorabuntur. t) Dresdensem intellige. Vide qvæ dicemus  
ad §. 29. lit. o. u) scil. urbe, qvam Dresdam effe docebitur §. 22. Qui  
cum Bucholcero (de quo §. 23.) Misnam urbem, seu Misenam hîc intelli-  
gunt, illis probandum priùs, hanc eandem quoq; à Fabricio pro patriâ Pe-

excellit Ge-  
org. Fabri-  
cius,

Sylvio inta-  
cta

adjungens.

*Seculum no-  
tum,*

*Familia  
ignota.*

*Patria  
Dresda,*

*non Misena;*

**§. 20.** Placet ordiri à tempore. Ante duo cum dimidio secula jam viguisse nostrum, è supra dictis *x)* abundè patet. Annum & diem natalem qvi prodierit, neminem scimus.

**§. 21.** Né parentum qyidem aut familiae, ad nos ulla pervenit notitia: adeò hīc omnes, qvos consuluimus, obmutescunt. Nempe silentium hoc debemus illorum temporum consuetudini, qvibus cognomen sibi multi, qvod simul à paterno genere poterant, à solā sumebant patriā: nam sic familiam, nisi aliàs ea detegeretur, delitescere fuit n ecessē. Qvis, si nihil aliud audiat, qvām Petrum *Dresdensem*, Johannem *Hus*, (nam & huic cognomen à vico natali,) Hieronymum *Pragensem*, Jacobum *Misnensem*, divinare ex his appellatio-nibus poterit stirpein cuiusque paternam?

**§. 22.** Interim cognomen hoc Petri *Dresdensis* conscius facit nos urbis, qvæ natalis nostro extitit, *D R E S D A E* *y)* videlicet. Qvam hodiè Potentissimi Electoris Saxoniae, Domini nostri Clementissimi sedem, harum Provinciarum caput, ocellum Misniæ veneramur.

**§. 23.** Qvòd igitur Bucholcerus Petro nostro *Misnam urbem* dat patriam *z)*, vix aliunde est, opinor, qvām qvod Fabritium, (hunc enim allegat,) nomen urbis patriæ non exprimentem *a)*, minùs commodè interpretatus est.

**§. 24.** Sed qvid Dubravio faciemus? qvid Cromero? Hi ubi de Petro nostro loqvuntur, pro *Dresdensi* cognominant *Misnensem*, & Jacobelli popularē faciunt *b)*. An igitur ipsi *Misenam* urbem, qvæ

tri habitam fuisse. Confer qvæ dicemus §. 100.

*x) §. 1. §. 9. 1. §. 16.*

*y) Clarum hoc vel ex Aeneæ Sylvii verbis §. 9. Hinc noster Cohlæo (cit.*

*Jo. Cunr. Dieterico) audit Petrus ex Dresdena Misniæ oriundus, Hier. VVellerro & Seb. Franco, Petrus von Dresden / Hagecio & Albino, der Geburt von Dresden Dresserus quoqve de urbibus p. 210. Dresden natum afferit.*

*z) verba Bucholceri: Petrus Dresdensis in Misniam rediit, & Ludimodera-tor fuit primū in patriā Misna, deinde Chemnitii & Zwickavia. Vocabulo Misna urbem hīc, non regionem indicari, præter constructionem vocum & illud arguit, qvòd Misna Chemnitium opponit & Zwickaviam, urbi uni vi-delicet alteram ac tertiam, qvod non perinde procedit de regione Misnicā.*

*Non procul hinc abeunt ista Hofmanni, Bucholcerum citantis: Ludimodera-tor primū Misniæ fuit, dein Chemnitii &c. *a)* dum generatim dicit: primū in patriā, supra §. 17. *b)* Dubravius: Tandem Petrus qvidam*

cula  
di-  
enit  
mpe  
co-  
solâ  
lite-  
den-  
ero-  
atio-  
facit  
icet.  
nen-  
hera-  
dat  
nunc  
inîus  
ubi  
fsem,  
oem,  
qvæ  
16.  
(cit.  
Velle-  
rt von  
oder-  
abulo  
um &  
ni vi-  
snicâ.  
mod-  
dicit:  
idam

qvæ (saltem ex vulgari persvazione) Jacobelli natalis habetur, Pe-  
tro qvoqve patriam dederunt? An *Misnensem* non ab urbe, sed à re-  
gione patria c) voluerunt exaudiri à nobis?

§. 25. Omnipotens sensus illorum perinde obscurus est, ac Prateoli  
& Petrei, qui dum Petrum nostrum patriâ fatentur *Misnensem* d), du-  
bites, an urbem ipsi natalem, an provinciam hoc vocabulo expri-  
mere voluerint. Qvanquam enim à *Dresdensis* cognomine non ab-  
stinent, communem tamen ipsi cum Jacobello patriam relinqunt.

§. 26. Nos verò non dubitamus *Dresdæ Petrum* hunc afferere ci-  
vē. Neq; aliam ob causam *Dresdensis* appellatur passim e), [ qvod qvi-  
dem hodiernæ loqvendi consuetudini aptissimum vocabulum est, ]  
vel (qvod antiquitatem superiorum temporum sapit,) *Dresensis* f),  
*Dressensis* g), aut *Dresnensis* h).

§. 27. Non dissimulandum hoc loco, esse quidem, qui *Trecen-*  
*sem* scribant, vel *Trezensem* i), item *Trasensem* k). Sed evenit nimi-  
rum hīc, qvod alias in propriis nominibus l) solet, ut variis cor-  
rumpan-

B

unde *Dres-*  
*densis ipse*  
*cognomina-*  
*tur.*

*Misnensis* -- gestiens ad *Jacobellum* popularerum suum accessit. Cromerus: *Jaco-*  
*bellus* & *Petrus Misnensis* Germani non nihil & ipsi de suo ad ea dogmata adje-  
cere. c) Sic illud capias Flacii: duo docti sibi Misnenses, alter *Petrus*  
*Dresnensis*, alter *Jacobus Misnensis* d) Prateolus: *Petrus Dresensis* Ger-  
manus natione. & patriâ *Misnensis*. Eidem paulò post *Jacobellus Misnensis*  
etiam patriâ est. Petreus: *Petrus Dressensis*, -- Patriâ hic Germanus, utpote  
*Misnensis*. Et de *Jacobello*: Fuit hic patriâ *Misnensis*. e) ita vocant post  
Fabricium Bellarminus, Calixtus, Calvisius, Coquæus, Gretserus, Helvicus,  
Jonstonus, Kromayerus, Mornæus, alii. f) ab Æneâ Sylvio, suprà §. 9.  
Quem in hoc imitantur Jac. Picolomineus in ed. Hanov. ( nam in Francof.  
perperam leges: *Petrus ab Dresensi oppido Misnae*, ) Schedelius, Kranzius, Lu-  
tzenburgus. g) à Petreto, verbis, qvæ descripsi lit. d. ad §. præced. Qui  
tamen, ubi p. 92. de *Jacobello* agit, *Dresensem* scribit. h) à Flacio,  
Hujus qvoqve verba qvæ read §. præc. lit. c. i) Utrumqve leges in  
diversis Naucleri codicibus. E Nauclero *Trecensem* etiam appellat Osian-  
der. Sed hīc audiamus illud Fabricii: *Nauclerus non rectè Trecensem no-*  
*minat*. Cavendum omnino, ne quis fortè confundat nostrum cum *Petro Co-*  
*mestore*, qui propè duobus eum seculis antecesisit, quem *Petrum Trecensem*,  
( qvia scilicet *Trecensis Ecclesix presbyter* fuit, ) appellari videoas à Jac. Fri-  
sio f. 684. ( conf. 689. ) Biblioth. k) Bonfin. f. 387. rer. Ung. Scripserat  
*Sylvius Dresensem*. Hinc *Dresensis* factus Jac. Picolomineo, ( vide paulò an-  
te lit. f. ) Bonfinio denique *Trasensis*. Typothetarum culpa hæc magis, an-  
ipsorum fuerit scriptorum, non definio. l) Sic apud Jac. Picolomine-

rumpantur modis. Qui *Treccensem* appellaverit, id quod ad contemptum refertur *m*), nondum reperi.

*non Lunen-*  
*sis.*

[*Duo Petri*  
*de Luna*]

§. 28. Etiam *Petrum Lunensem* vocari nostrum à quibusdam, est qui retulerit in literas *n*), quinam id fecerint, non addens: nec ipse nominare quempiam possum: nisi vir doctus forte Fabricium habuit in animo.

§. 29. Sanè verò Fabricium legens obiter aliquis verba ejus interpretari sic potest, quasi *Petrum nostrum* appellaverit *Lunensem*. Sed aliter judicabit, qui circumspectius intuebitur Fabricium *o*).

§. 30. Monendum hīc *ως* *čv παρόδω*, quisquis ille *Petrus Lunensis* fuerit, quem *Petrum de Lunā* (oppidum id est Bohemiæ.) vocat Albinus *p*), distingvendum esse ab ejusdem nominis alio *Petro de Lunā*, (qui Antipapa Benedicti XIII. nomen assūmisit,) Husi quidem & ipso, si fortunam utriusque spectes, utcunqve socio, (fuit enim huic ab eodem Constantiensi Concilio, quod Hussum rogo addixit, ab iudicata Pontificalis corona,) sed nec religione, nec moribus, qui cum Husso comparetur, digno *q*).

§. 31. *Hussi*

um, quae in ed. Hanov. f. 207. *Lipsia* recte legitur, eam in ed. Francof. f. 421. ridiculè videoas vocari *Liziscam*. Fortasse Jacobus iste *Lipzicam* scripsérat, ut *Æneas Sylvius* juxta ed. Colon. p. 68. & VVölferbyt. p. 66. *Lipscam*.

*m*) Kromay Theol. Posit. p. 495. Conf. eund. Hist. Eccl. p. 527.

*n*) Tob. Schmidt Zwief. chron. p. 412. *Petrus Dresdenis*, welchen auch etliche nennen *Petrum Lunensem*. *o*) Socios Husi septem recenset Fabricius (suprà §. 16.) extremo loco *Petrum Lunensem* nominat, Statim pergit: *Petrus ille rediit in Misniam*, &c. Quod quidem haud dubiè ad *Petrum Dresdensem* atque sic disertè vocat, *Fabricium ciuians, Bucholcerus,*) pertinet, in paulò præcedentibus ab ipso *Fabricio* nominatum & à *Lunensi Petro* satis clarè distinctum: sed festinantis & incauti Lectoris oculus facile potuit hoc, licet perperam, ad immediate præcedentem *Lunensem* trahere, et que sic eundem *Lunensem* habere cum *Dresdeni*. *p*) Meßn. Land-Chron. f. 336. (ubi, perinde ut *Fabricius*, Husi socios commemorat:) *Petrus von Lann / über de Luna*. Ad *Lunensem* epistola extat Jo. Husi Tom. I. oper. ejus f. 100. ed. Norib. A. 1558. *q*) *Petrus hio de Lunā* notissimum scriptoribus variis nomen est. Hīc de eo tantum Leonh. Coqvæum audiemus Tom. II. Antimorn. f. 234. *Clemens VII. Antipapa Avenione obiit A. 1394. 16. Septembrie*, cui eodem mense successit *Petrus de Lunā*, dictus *Benedictus XIII. nobilissimā familiā ortus, Juris ciuilis ac sacri cognitione excellens*. Mortuo *Clemente VII. ex Cardinalibus illius factionis pro se q̄s is q̄j jurarat, si eligetur, Pontificatu abiturum, modò idem facere, q̄s Romæ se aebat Pontifex, ani-*

§. 31. Husi verò in religione socium Petrum de Lunâ forsitan aliquis illum esse putabit, qvem inter testes veritatis Flacius r ) laudat his verbis: *Petrus de Lunâ vixit ante annos 150. Disputavit contrà authoritatem Papæ & spiritualium. Dixit, non esse timendam, præser- tim cùm eâ abutantur. Atq; ob hanc tām veram sententiam nihilominus tanquam hereticus ob Antichristo damnatus est.*

§. 32. Habet hoc, fateor, speciem aliquam veri. Sed res non dum clara satis. Quid enim est, qvòd Joannes Baleus s ) hæc ipsa, haud dubium qvin ex Flacio hausta t ), totidem propè verbis de Antipapâ illo Benedicto XIII. enunciat, hoc addens, qvòd Petrus de Lunâ disputaverit ista, *anteqvam esset in Papam electus?*

§. 33. Hæc ergò si cum ante dictis comparamus, in divortia non una distrahi mens nobis potest. Aut enim Flacii mentem non affec-  
tus Baleus Petrum de Lunâ Bohemum cum ejusdem nominis Hispano u ) confudit; aut, si Hispanum hunc voluit Flacius, deferenda nobis illa, qvam §. 31. proponebamus, suspicio; aut Flacius ipse pás-  
sus est aliquid humani, de qvo & qvid scriberet, vel ignorans, vel non  
satis habens exploratum.

§. 34. Ac Flacium quidem h̄ic aberrasse ita conficias porrò. Nam si de Bohemo cogitavit, cur non simul Husi mentionem, ut sub Petro Dresdensi x ) injecit? Si de Hispano, cur non addidit,  
qvale quid sub Aeneā Sylvio y ), aliter eum sensisse nondū Papam z),

B 2

aliter,

---

mum induceret. Verūm Benedicto post sui electionem de abdicatione memoria nulla; imò cùm ad eum Avenionem à Rege Franciæ tres Duces Burgundus, Au-  
relianensis, Bituricensis Legati venissent, oratum flagitatumq; ut pacem terræ red-  
deret memor jurisjurandisui, nihil ab eo impetrarunt, & re infecta abierunt.  
Et cùm sibi timeret à Rege Franciæ, schismatis tollendi, & pacis Ecclesiæ red-  
dendæ studio, dissimulato habitu clam se subduxit Avenione, & in Catalanos  
abiit, ubi multis annis in suā opinione obduratus vixit: & cùm Joannes XXIII.  
& Gregorius XII. in Concilio Constantiensi cessissent, nec ille tum quidem cedere  
voluit, & schismaticus obiit. r) Catal. Test. Verit. p. 934. ed. Basil.  
A. 1556. s) Act. Rom. Pontif. p. 388. t) Qvanquam enim h̄ic Flaci-  
um non citat: tamen mox p. seq. 389. de Theodorico à Nyem qvædam refe-  
rens, disertè ad Flacium provocat, apud qvem etiam ista cādem leguntur  
paginā, qvā priora ad Petrum de Lunâ pertinentia. u) Antipapam il-  
lum Petrum de Lunâ Hispanum fuisse natione, habes apud Ludov. Jacob.  
à S. Carolo Bibliothec. Pontif. p. 234. x) p. 852. y) p. 955-956. z) Lo-

aliter, cùm Antichristi spiritum suscepisset? cur de Pontificata ejus ne mutavit qvidem?

forte Lu-  
tzenbur-  
gum.

§. 35. Quid ergò tandem? An ista scribens Flacius oculos habuit in Catalogo hæreticorum Bernardi Lutzenburgi, in quo hæc legas: Petrus de Lunâ probatur esse hæreticus, schismatis, temerarius, scandalosus, sacrilegus, notoriè & publicè errasse contrà catholicam & evangelicam veritatem, superpotestate & autoritate Ecclesie. Et Jo. Gerson fecit duos libros a), in quibus articuli generales & speciales di-  
Eti Petri ponuntur, & vipera nuncupatur. Eqvidem hæreticum hîc vocat Lutzenburgus, quem testibus veritatis accenset Flacius: sed multi nimirum veritatis testes repetendi fuerunt Flacio ex iis, quos Lutzenburgus aliquique Papistæ pro hæreticis habent. Tales Wicleph, Hus, Hieronymus Pragensis, Petrus Dresdensis, Jacobellus, alii plures.

non intelli-  
gente.]

§. 36. Fieri ergò potuit, ut ista Lutzenburgi raptim legens Flacius, nec interim de Antipapâ illo, (videlicet Antipapæ titulum tacentे quoque Lutzenburgo,) cogitans, visus sibi fuerit reperisse aliquem veritatis testimoniū, eamque ob causam, quæ super autoritate Ecclesie sic asseruit Petrus de Lunâ, ut eum hærefoes accusaret Pontificius scriptor, in eum trahenda sensum existimaverit, qui testimoniū eum Evangelicæ veritatis argueret b).

§. 37. Si hæc ita sunt, erravit omnino Flacius, dum Antipapam illum, (de hoc enim ista Lutzenburgi exaudienda esse dubitare, qui libros Gersonis inspicerit, nemo potest,) testibus aggregavit veritatis. Etiam erravit Baleus, dum asseruit, disputavisse Petrum illum contrà autoritatem Papæ, anteqvam esset in Papam electus: nullo enim hoc idoneo vinci teste poterit.

PETR.  
DRES-

§. 38. Verum hæc relinquamus, & à diverticulo redeamus in viam, à Petro Lunensi ad Dresensem. Academiarum eo tempore magna

qvor ex hypothesi Balei, de quâ in fine §. 32. a) Extant hi parte I. Oper. Gersonis, cuius & verba maximam partem expressit Lutzenburgus. Apparet autem è Gersone, scripsisse Petrum de Lunâ (Antipapam) responsiones ad citationem contrà se factam à Concilio Constantiensi, item tractatum de schismate. Liber etiam ejus de potestate summi Pontificis & Concilii perhibetur extare in Bibliothecâ Vaticânâ, teste Ludov. Jac. à S. Carolo Biblioth. Pontif. p. 234. b) Cum his confer, quæ monebuntur §. 49.

magna in Germaniâ nostrâ erat raritas. Ad Pragensem igitur Bohemiam noster se contulit. Sed eandem in famoso Teutonum cum Bohemis schismate, quod A. 1409. Pragensi ruinam, Lipsiensi nostræ auspicia dedit, cum ingenti popularium multitudine iterum deseruisse proditur c).

DENSIS  
à Pragensi-  
bus  
redit in pa-  
triam;

§. 39. Docentium autem è numero an dissentium, (constat enim, utriusque fortis Academicos migravisse,) tūm fuerit noster, nemo docet. Neque illud Sylvius definit, Lipsiamne nostram adierit Petrus, an in urbe natali alibive fortunam experiri maluerit d). Liceat ergo & nobis hoc loco id præterire. Et commodior aliqvid hāc de quæstione decidendi occasio nascetur postea e).

§. 40. Proximum ita, ut redditum ejus in Academiam Pragensem videamus. Patriâ pulsum, quod *Valdensium* leprâ infectus esset (pulsus ob religione f), Pragam repetuisse narrat Sylvius, velut asylum *hæreticorum* g). Quod *Valdenses* hīc, quod *hæreticos* memorat, de Husfitis interpretandum. De *Valdensibus* jam suprà b) reposuimus aliqvid. De *hæreticis* habeat sibi responsum Fabricii i). Nos non dubitamus Petri Dresdensis nomen è Lutzenburgi, Prateoli, Petrei Catalogis hæreticorum expunctum transcribere cum Flacio in Catalogum testium veritatis.

§. 41. Observandum interim, quanquam in illo nationum dissidio à Germanis suis contrà Hussum cæterosque Bohemos stetit noster, minimè tamen ab Husi doctrinâ fuisse alienum. Cum temperamento igitur capiendum, quod alias memorari solet, Germanos pro sedetiam Romanæ Ecclesiæ decretis omni contentione propugnasse, Bohemos contrà Husi dogmata non tueri solum, sed propagare etiam omnibus modis conatos esse k).

§. 42. Sanè verò divinæ veritati & inter Germanos tūm fuere, qvicederent, & inter Bohemos, qui reniterentur l): ut taceam è ci-

non solis Bo-  
hemis,

qibusdam

B 3

neri-

c) Regredere ad §. 9. lit. l. d) Viri docti, juvenesq; studiosi Pragâ absentes alii (q;demadmodum fit,) aliò commigrarunt, ut hospitium Misn., sedemq; idoneam q;ærerent. Joh. Friderich. paneg. secul. de Acad. Lips. p. 14.

e) §. 98. f) Eodem sensu Jac. Piccolomineus pro *VViclephitano* inter suos agnitos refert. g) §. 10. h) lit. g. ad §. 9. i) Annal. urb. Misn. p. 140. (ubi quidem ad illa Sylvii verba respicit, quæ §. 14. recitavimus:) *Hæreticos* q;â fronte dicat eos, q;bi ipsius Christi institutum & legem *Evangelicam* fundamentum habeant, ipse rationem reddet Filio DEI, judici justo. k) Io. Frider. paneg. secul. de Acad. Lips. p. 12. l) Hussus in

persasam  
ab Husto,  
causam DEI  
sincere a-  
gente,

rcmigrat  
iterum ad  
Pragenses,  
E Ludima-  
gistrum  
agit;

neribus Hussi non paucos effloruisse martyres Germanos *m*).

§. 43. Jam neque certamina illa duo Pragensia, de religione unum, de Academico regimine alterum, confundi sic debent, quasi par fuerit in utroque scopus Hussi, liberanda scilicet Pragensis Academiæ à Germanis. Id quod notandum adversus Æneam Sylvium *n*), aliosq; Pontificios *o*), qui ut Hussi in religione zelum suspectum reddant, id eum egisse garriunt, ut victi disputationum Wiclefistarum argutiis Germani Academiam ultrò desererent; quod cum non succederet, tunc demum à Wenceslao Rege politicum fuisse subsidium quæsitum, qui præcipuas administrandæ Academiæ partes Teutonibus ereptas in Boemos transtulerit. Qvis credat Hussen negotio DEI, quod eum pietate maximè seriâ egisse postea probavit robus, tam scelerata consilia, tam improbos affectus miscuisse?

§. 44. Jam si, quæ reversi ad Pragenses conditio Petri fuerit, quæras, his verbis respondebit Sylvius *p*): *Puerorum docendorum curam accepit.* Obscura locutio. Nescias enim de privatâ scholâ, an publicâ sit sermo. Prius Piccolomineo *q*) dicas placuisse; posterius Dressero, Fabricio, Bucholcero *r*). Res, ut appareat, è meris post Æneam scribentium conjecturis determinata. Quod autem Wolfgangus

Epistolâ, quam ex itinere Constantiensi scripsit ad suos, Germanorum in se benevolentiam, passim sibi transeunti declaratam, cum laudasset, ita pergit (Tom. I. Oper. f. 58.) *Etiam scitote, quod nullum adhuc sensi inimicum.* Confiteor ergo, quod non est inimicitia contrâ me major quam à regnolis Bohemie. *m*) de quibus infrâ lit. o. ad §. 89. *n*) c. 35. Hist. Bohem. de Husto, (cum præmisisset, ipsum eminuisse inter eos, qui Theutonicorum odio tenebantur:) *Hic cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multumque dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, avide admodum UVyceitarum doctrinam arripuit, eaque Theutonicos hexare magistros cœpit, sperrans eo modo confusos Theutones scholas relicturos.* Quod cum non succederet, (sic omnino, quanquam negandi particula abest hic editionibus quatuor mihi visis, legendum esse docebunt verba Bonfinii & Piccolominei lit. seq. proferenda,) à Venceslao impetratum, ut Pragense gymnasium ritu Parisensis (ubi videlicet suffragiorum prærogativa penes exterros non est,) gubernaretur. Fares magistratum Scholæ Theutonibus abstulit. *o*) Iac. Piccolomineum, & Ant. Bonfinium. Quorum lit. præc. promissa verba hæc sunt: Bonfinii: *Mox quum res è sententiâ non succederet, Piccolominei: sed ea res cum parum conatur respondisset.* *p*) suprà §. 10. *q*) ad tollendam, inquit, in opiam litterarium puerorum ludum instituit. *r*) Dressero Millen. V I, p. 112. *q*) 113. *p*) 114. *q*) 115. *r*) 116.



gus Krügerus s ) innuit, Petrum eo tempore Professorem Pragæ fu-  
isse , id graviorem testem desiderat.

§. 45. Optimi autem viri existimatio non periclitabitur, si ma-  
xime opinemur, ultrà privatæ scholæ pulvarem Pragæ non surrexisse.  
Accedet hinc potius haud parum gloriæ Numinis Divini, qvod in-  
strumentis etiam abjectis ad sublimes operas uti felicissimè solet.

§. 46. Atque sic etiam h̄c factum. Primum t ) Sylvius memo-  
rat Petrum Dresensem, qui doctrinam de Sacramento altaris Bohe-  
miæ attulerit. Qvam erroris qvidem ipse vocabulo infamat, ac pestem  
vocat: nos Evangelicæ veritatis ornare encomio non dubitamus.

§. 47. Injicienda h̄c mentio *Jacobi Misnensis*: nam & hunc à  
Petro inductum operam huic negotio commodâsse memorat Syl-  
vius u). Pro Jacobo ipsum videoas pasim *Jacobellum* nuncupari, non  
ab hostibus modò, qvorum censurâ hæreticus est, Lutzenburgo puta,  
Prateolo, Petreο x ), aliis y ), sed socio qvoqve religionis Husso z ):  
ut adeò

p.174. Petrus Dresensis audit Scholæ Pragensis moderator; Fabricio & Buchol-  
cero Scholæ vicinae [ templo puta D. Michaelis, in quo Concionatorem egit  
Iacobus Misnensis, ] moderator. Confer illud Hageci f. 73. Es war -- bey  
der Capellen S. Michaelis -- ein Priester mit Nahmen Iacobellus, -- und  
hatte in seiner Schulen einen Magistrum, mit Nahmen Petrus von Dresden.  
Qvibus similia dabit Dresserus de urbib. Germ. p. 209. s) Verba Krü-  
geri dabimus lit. l, ad §. 87. Qvæ qvanqvam sic ambigua sunt, ut nescias, in-  
telligenda veniant de temporibus Pragensis Academiæ dissolutionem ante-  
gressis, an subsecutis: ad hæc posteriora tamen respexisse potius Krügerum  
suspiceris. t) respice iterum ad §. 9. Qvanqvam enim non disertè pri-  
mum vocat: qvin hoc voluerit tamen, nemo ambiget, qui ipsum legerit.  
Confer phrasin Lutzenburgi, qvam describemus infrā lit. f. ad §. 49. Qui  
apertè in hoc negotio partes ipsi primas dederint, eos reservabimus. 74. lit.  
o. u) suprà §. 11. seqq. x) scripserunt hi Catalogos hæreticorum.

y) Bellarmino, Gretsero &c. z) scripserat Hussus ad Jacobellum è  
carcere Constantiensi. Responderat Jacobellus, hujusqve responsi pariter  
& epistolæ, cui sic responderat, copiam fecerat amico falso, à quo eadem de-  
latæ Constantiam ad Michaelem de Causis, hostem Hussei, flamas inimico-  
rum auxerunt. Scribit ergo Hussus ad Petrum [ qvem vel Dresensem  
esse nostrum vel Lunensem aliquis conjiciat, ] dolens [ ipsa Hussi verba re-  
cito, ] de nequitia Michaelis & suorum speculatorum, & de Magistro Iacobello,  
qui maximè prædicat, ut caueant sibi homines ab hypocritis & solus maximè de-  
cipitur per hypocritas, & credit hypocritis. Prima hæc Epistola earum est, qvæ  
scriptæ ab Husso è vinculis Constantiensibus ad nos pervenerunt, legiturq;

de sacro ca-  
lice monet

*Jacobellum*

ut adeò contemptui hoc nomen cum Fabricio a) imputare non sit  
necessus b). Neque nostri c) sic eum appellare verentur.

natione

Bohemum,

(Flacii error

§. 48. De patriâ ipsius dissentunt scriptores. Plerisque & in  
his Hagecio, Germanus est, adeoq; conterraneus Petri nostri: atq;  
hi Mysenensem, Misenensem, Misnensem, Misnensem, ( Misnam enim ur-  
bem, seu Misenam ei dant natalem, ) in calamo habent. Alii Misen-  
sem seu Mysensem malunt à Mysâ Bohemiæ oppido, affirmant enim  
Bohemum fuisse d). Qvæ sententia qvanqvam nobis quoque se ap-  
probat, Misnensem tamen eum subinde appellare non dubitavimus  
vulgarem stilum secuti.

§. 49. Qvòd autem Flacius & Mornæus scribunt, Jacobum  
hunc Misnensem, perinde ut Petrum Dresensem, patriâ pulsum Pra-  
gam se contulisse, in eâq; re ad Aeneam Sylvium provocant e): mal-  
lem provocassent Flacius quidem ad Bernardum Lutzenburgum,  
Mornæus

Tom. I. oper. ejus f. 71. Citat eam & Dietericus unà cum aliâ de Iacobello,  
cujus verba reservabimus §. 58. a) Annal. urb. Misn. p. 139. Hujus Ja-  
cobi non in nostris solum annalibus, sed etiam in scriptoribus Boemicis, Polonicis,  
Ungaricis, Anglicis, Gallicis, Italicis fit mentio: ab exteris tamen Iacobellus per  
contemptum appellatur. Simile judicium Petri Albini leges f. 336. Meissn.  
Land-Chron. b) Qvæ ergo deminutivæ appellationis causa? An'qvia sta-  
tura parvus fuit? Sic Antoninum [ Archiepiscopum Florentinum ] ob statu-  
ram pusillam hoc nominis adeptum esse disceis è Miræo I. Biblioth. Eccles.  
f. 269. c) Cammerarius, Dresserus [ de urb. ] Kromayerus. d) Bo-  
hemum faciunt Lupacius [ Ephemer. rer. Bohem. sub 3. & 9. Augusti, ] Pe-  
tro etiam Albino citatus: Zacharias item Theobaldus, denique Io. Cun-  
radus Dieteticus, simul ad Adrianum Regenvölsicum provocans, qui I. Hi-  
stor. Eccles. Slavon. Provinc. 6. p. p. 18. ex Bohemicis scriptoribus id  
ostenderit. e) Utriusque verba, qvoniam aliis aliis utitur, adscriben-  
da veniunt. Flacius ergo, Tempore Joannis Hus, inquit, duo docti viri Misnen-  
ses, alter Petrus Dresensis, alter Jacobus Misnensis, q̄b; i. cum Pontifice non sen-  
tiebant, pulsi patriâ Pragam se ad Hus contulerunt, ac eum de communione sub  
utraq; specie docuerunt, ut Sylvius testatur. Mornæus autem: Petrus Dresen-  
sis & Jacobus Misnensis eandem ob causam, [ præcesserat de duobus Theodo-  
ricis, uno Augustiniano, altero Minoritâ, Papam perstringentibus, ] patriâ  
pulsi, veterum Waldensium discipuli, ad Joannem Hussum se hoc tempore reci-  
piunt, cui authore Aeneas Sylvio lucem in multis doctrinæ capitibus præferunt.  
Etiam Pirnensis monachus [ vixit hic, ut & Lutzenburgus, seculo superiore, ] citatus Albino [ f. 336. Meissn. Chron. ] Jacobum refert Misniâ eje-  
ctum venisse in Bohemiam. Sed in hoc Pirnensi Albinus ipse alibi [ f. 344. ]

Mornæus verò ad Flacium. Videlur enim hīc & Flacius à Lutzenburgo, qvi Jacobellum non minùs qvām Petrum exulem facit<sup>f</sup>), fuisse deceptus, & Mornæus in Flacio, ( solet enim hunc libenter sequi, ) habuisse oculos. Sylvius certè pulsus patriā Petrum testatur, Jacobum non testatur<sup>g</sup>).

§. 50. Vide autem simul, qvām facile sit sinceritatē historiæ *non unus* corrumpere, si aliena cursim lecta expoliendo sua facere & interpretari quis velit. Flacius tanquam Sylvii testimonio enunciat, Petrum & Jacobum, qvi Pragæ *Hussum* adierint, eum de communione sub utraq[ue] specie, ( Mornæus, ut rem magis exaggeret, de multis doctrinæ capitibus) docuisse<sup>h</sup>). Nihil horum Sylvius *i*). Imò ne Lutzenburgus quidem, qvi Jacobellum & Petrum memorans de Husso profundè silet<sup>k</sup>), tantū narrat, Petrum *Pragam repetiisse*, Jacobellum *ad Bohemiam fugisse*, hæreticos illis de communione calicis *consensisse*.

## C

## §. 51. Ve-

judicium & inqvirendi diligentiam desiderat. *f*) Sic enim ille de Petro [ sub lit. P. ] Petrus Dresdenis attulit nobam pestem Bohemis, ut dicit Æneas Sylvius c. 35. de orig. Bob. Hic Valdensium leprâ infectus patriâ pulsus - - Pragam repetiit, - - Hic suâ persuasione introduxit ritum sub utraq[ue] specie qvoad Laicos: - - Et dicto Petro hæretici consenserunt. Paria de Iacobo [ sub lit. I. ] Jacobellus ex Misnâ expulsas ad Bohemiam-fugiens, qvia VValdensi leprâ infectus fuit. Hoc protecto est Jacobellum cum Petro confundere. Tollamus hāc occasione mendam è Lutzenburgo, qvi sic statim pergit: *Hic* [ Jacobellus ] cùm Jo. Evangelium legisset, qvia Dominicum corpus sub dupli specie panis binig[ue] sumebatur, [ lege, sumi jubeatur, sic enim clare Sylvius suprà §. 12. publicè populum commonere cœpit, ne deinceps communionem calicis negligarent. Consenserunt hæretici omnes. *g*) perspicua res è §. 10. seqq. *h*) Flaci hoc verbum est. Pro qvo Mornæus, lucem prætulisse, [ regredere ad lit. e. sub §. præced. ] Vapulat hinc ipse, tanquam impostor, Coqyæo, qvòd velut ex Æneæ Sylvii mente hoc referens, lucem appellaverit, qvod Sylvius *pestem*.

*i*) Malè ergò Sylvium hīc citat Dresserus qvoque [ de urb. p. 209. ] his verbis: Æneas Sylvius scribit, eum ( Petrum Dresdensem) Joanni Husso proponendum autorem bel certè socium fuisse suscepti certaminis de utraq[ue] specie. Malè item Petrus Albinus; [ è qvo paria dicas Schmidium hausisse ] Ja Æneas Sylvius thut noch hinzu / daß Hus von diesen beyden sein dogma wieder den Papst bekommen: welches antere des Wieleffs Lehre tribuire. Extrema hæc produnt, ista scribenti Albino non tam Sylvii Bohemica, qvām Flaci Catalogum præ oculis fuisse. Rem intelliges è §. 52. *k*) Etiam Sylvius in illâ totâ, quam ex eo §. 9. seqq. descripsimus, historiâ ne verbulo quidem

rejicitur: ]

§. 51. Verum ex his non statim sequuntur ea, quae Flacius, (cujus alioqui Catalogum debitâ laude fraudatum nolim,) augurabatur. Pragæ fateor Hussus fuit: sed eo tempore, quod Petrus illuc reversus est, non ibi fuisse, infra l) docebitur. Hæreticis eum Sylvius juxta & Lutzenburgus annumerant, scio: sed cum hi hæreticos scribunt Petro vel Jacobello de communione sub utraqve consensisse, num id simul voluerint, Hussum ab iis didicisse, si quis ex me querat, negabo m).

§. 52. Porro nec ipse Flacius credit, hoc in argumento Hussum Petri & Jacobelli discipulum fuisse. Cujus ergo? Ego tamen, ita pergit, suspicor, eum id dogma à Wiclepho accepisse. Atqui si omnes articulos n), quos è libris Wiclefi excerptos Constantiense concilium damnavit, per vestiges, (45. hi numerantur,) nullum de communione sub utraqve deprehendes.

Concionatores,

§. 53. Quæ de Husso disceptavimus hucusque, planiora fient ex ipsâ certaminis de sacro calice historiâ. Petrus noster Pragæ Jacobellum, qui Concionatorem o) in Ecclesiâ S. Michaelis tunc p) agebat, suæ socium religionis q) aggressus, admonuit eum erroris inveterati de sacramento Eucharistiæ, quod sub unâ tantum specie populo ministretur. Victus Jacobellus tunc sacrarum literarum autoritate, tunc sanctorum Patrum assensu, non docuit modò hæc publicè, sed in sacro quoque ministerio est executus. Brevis hæc delineatio est,

Huski meminit: l) §. 54. seqq. m) negandi rationes aperiam §. 63. & 67. n) Descriptos eos habes in Catalogis hæreticorum Lutzenburgi & Prateoli. o) Sic vocat Fabricius: qui addit, quod & apud alias passim invenias, in Pauperum Collegio Professorem fuisse. Archidiaconus ad facelium D. Michaelis audit Dressero: Hagecio der Obersie Caplan oder Vorsteher dieser Kirchen. p) anno videlicet 1414. ut §. seq. monebo. Quod ergo Jacobellus Lupacio [Ephem. rer. Boem. sub 9. Aug.] post Hussum prædictor facelli templi Bethlehem audit, ad annum 1413. retulerim, quo Papæ interdicto Hussus perculsus [id quod §. 57. exponemus,] Pragæ discesserat. porro in Consistorio Husitarum Pragensi, quod sub utraqve dicebatur, circâ annum 1421. instituto, Affectorem quoque fuisse Jacobellum, docebit Jo. Cunr. Dietericus. q) Eo tempore quo gesta hæc sunt, quin ab Huski partibus jam steterit Jacobellus, dubium esse vix potest. Quod ergo Iac. Picolomineus eodem tempore doctrinâ & religione inter fideles [pontificios intelligit,] celebrem eum vocat, non concoqvo. Cautior Petreus, docendi

est, qvam & ex Aeneâ r) licebit exsculpere. Sed pleniū exponi res  
& clariū desiderat: neqve negligenda nobis aliorum scriptorum  
subsidia.

§. 54. Annum, qvo hæc contigerint, alii alium memorant s).  
Nobis hīc placet Hagecius, temporum in Bohemicis rebus designa-  
tor curiosus, qvi numerat eum 1414. t). In eandem ire sententiam  
censendi sunt, qvotqvot Husojam Constantiam evocato, ( id enim  
A. 1414. factum constat, ) ista evenisse confirmant u).

§. 55. De Sylvio hīc silendum nobis, qvoniam ipse & annum  
obticescit, & congregat historiam pro libitu magis, qvā ex accu-

C 2 ratā

munere olim apud Catholicos tempore Ruperti Babari [ obiit is A. 1410. ] fun-  
ctum narrat. r) suprà §. 11. seqq. s) Annū sc. 1400. Osiander, Dresserus  
[ in Isag. ] Schmidius [ in annal. ] 1410. Fabricius, Bucholcerus, Prateolus,  
Petreus; 1412. Bellarminus, Kromayerus. Certum est, Petrum ista de calice  
cum Jacobello differuisse, postqvam ē Germaniā Pragam redierat, adeoqve  
& post annum 1409. qvi Academiæ nostræ natalis ipsum Pragā priùs evoca-  
verat, ut §. 38, ostendimus. Errant ergò haud dubiè, qvibus hīc placuit an-  
num 1400. Errandi occasio Nauclerus videtur fuisse. Is cùm Jubileo hoc  
anno VVenceslaum Imperio dejectum memoravisset, stilum ad res Bohe-  
micas, & in his ad Academiæ nostræ ex Pragensi originem, mox ad Husum,  
denique ad Petrum nostrum & Jacobellum convertit, non temporum jam  
supputans minutias [ nullius enim anni numerum his adscriptum inven-  
nies, ] sed nexui rerum obsecundans. Osiander secutus Nauclerum [ ad hunc  
enim sub totius anni 1400. historiā in marginibus provocat, ] illa qvoqve  
de Petro & Jacobello [ præter Naucleri mentem ] ad annum 1400. accom-  
modavit. Circumspectiores cæteri annum elegerunt, qvi esset 1409. poste-  
rios. Atqve in his Prateolus Petreus, Bellarminus, [ cuius verba & Kromay-  
erū exhibet, ] quasi rei non sat exploratæ consciī, circā annum, qvem qvisq;  
enunciat, ista contigisse scribunt. Fabricium [ ad qvem & Bucholcerus pro-  
vocat, ] satis habuisse qvis dixerit, si annum vel à 1409. proximum prode-  
ret, modò caveret sibi ab eo anno, qvo Hussus, cui tūm temporis Jacobum &  
Petrum socios fuisse scribit, [ inclinans qvodammodo ad opinionem Flacii,  
de qvā §. 50. ] abesset Pragā. t) Hunc eundem annum & Dresserus, de  
urbibus agens, haud dubium, qvin ex Hagecio, memorat, qvi alibi [ in Isa-  
goge ] facit cum Osiandro. Herbergerus computationem Fabricii conci-  
liare cum Hagecianā videtur voluisse, sic scribens: Petrus Dresdensis hat An-  
no 1410. auch den Kelch-Raub im H. Abendmahl angefangen zu straffen / aber  
im Jahr 1414. da schon Johann Hus zu Cöstniž gewesen / waget ers recht / und  
richtet ihn wider im Brauch. Sed hanc conciliationem ipsi relinqvamus.  
u) faciunt hoc Dubravius, Camerarius, Borek, Digna etiam, qvæ hīc

ratâ serie temporum distingvit. Interim id proderit meminisse, qvòd in hâc totâ Sylvii narratione, qvam ex eo bonâ fide descripsimus *x*), nulla penitus est Husfi, (nempe qvi Pragâ tûm aberat,) mentio.

*Husso ab-  
sente*

§. 56. Sanè verò si tûm Pragæ substitisset Hussus, consentaneum est, hujus qvoqve in hoc tanti ponderis negotio partes aliquas, imò præcipuas, in eâ urbe suisse. Atqvi de hoc altum ubique silentium: nisi qvod Theobaldus prima illius de calice reformationis initia transferre à Petro audet in Hussum. Sed hanc ejus opinionem posteà examinabimus *y*).

*& jam*

*Constantia  
de gente.*

§. 57. Quid autem, si qvis concedat qvidem, absente Husso actitata hæc Pragæ suisse, putet autem, ad ea hîc respiciendum esse tempora, qvibus Johannis XXIII. Papæ interdicto cedens vir pius, ne sacrorum celebratio penitus intercideret, ( hanc enim, qvamdiu Pragæ Hussus moraretur, fieri vetuerat interdictum,) ultrò excessit urbe, ac vicinis in locis functus est ministerio? Non longè qvidem distat opinio hæc à nostrâ: si enim Hagecum *z*) seqvimur, incidit illa Husfi emigratio in annum 1413. Veruntamen ut absentiam præferamus anni 1414. qvo se Constantiensi Concilio jam stiterat Hussus, ratio svadet minimè pœnitenda.

§. 58. Enimverò in operibus Hussi *a*) legitur *Qvæstio de san-  
gvine Christi sub specie vini à Laicis sumendo, qvam ipse Constantia scri-  
psit, priusquam in carcerem conjiceretur*. Epistolis autem ejus, in primo carcere apud Prædicatores extrâ muros oppidi scriptis, inseritur qvædam Joannis de Chlum *b*), qvâ rogat Hussum, ut *motivam &  
finalem intentionem suam de communione calicis aperiat, amicis tem-  
pore suo monstrandam, qvia fratrum adhuc aliqua sit scissio*. Rescribit ille mox *c*), & remittit rogantem ad *Qvæstionem modò citatam d*). Porrò cum ex uno carcere translatus esset in alterum apud Minoris, literis ad Concionatorem qvendam Pragensem, Gallum Havvli-  
kom

---

legantur, verba sunt Dav. Chytræi (*Orat. de statu Ecclesiar. &c. p. 416.  
Orationum*) *Husfi Constantiam evocati. - vices in docendo Jacobellus Misnensis  
subit, qvi utriusqve speciei communionem publicam Pragæ primus inchoabit.*

*x) à §. 9. usque ad 14. y) §. 68. & seqq. z) Bohm. Chron. II  
f. 72. a) Tom. I. f. 42. b) ibid. f. 72. c) d. l. d) de hâc  
enim proculdubio interpretanda hæc ejus verba: De Sacramento calicis ha-*

qvòd  
imus  
ntio.  
eum  
imò  
ium:  
nitia  
osteà  
  
Husso  
n esse  
pius,  
ndiu  
cessit  
idem  
dit il-  
ræfe-  
ssus,  
  
esan-  
escri-  
n pri-  
eritur  
am &  
stem-  
scribit  
atam  
Mino-  
vvli-  
kom  
  
o. 416.  
isnenis  
boabit.  
ron. II  
de hâc  
cia ha-

koin exaratis e) rogar eum, ne impugnet Magistrum Jacobellum, ( de sacramento calicis , ) ne fiat scisso inter fideles . Exputare hinc licet, cùm Petro Dresdensi ac Jacobello, qvòd rem noyam de sacro calice moliri nonnullis etiam inter Husitas viderentur, liticulæ nonnihil sub ipsa causæ hujus initia cum sociis intercederet, Husfi, Constantiæ jam tūm degentis, reqvisitum fuisse judicium.

§. 59. Sic ergò de tempore certaminis hujus rem, opinor, habemus expeditam. Nunc, ut ipsius etiam Controversiæ notitiam adipiscamur luculentiorem, tenendum ante omnia, qvanqvā adhuc multis in locis usitata tūm fuit communio Laicorum sub utraqve specie f); cannis etiam ac fistulis hunc in finem paratis, qvibus è calice plebs vinum consecratum sugeret g): tamen persvasum simul iis temporibus fuisse, etiam sub unâ solius panis benedicti specie sacramentum integrum percipi, ut adeò, qvi à sacro calice vel abstinerent ultrò, vel arceri se finerent, haut peccare aut periclitari de salute crederentur h).

§. 60. Huic sententiæ, qvæ liberam atqve indifferentem esse statuebat calicis cum pane conjunctionem, contradicens Petrus Dresdensis, rem eam non liberam esse, sed necessariam, qvippe qvæ jubeatur i), contendit, nactusqve est consentientem sibi Jacobelium, qvi sine communione calicis salvari neminem posse publicè asseveravit k).

§. 61. Qvod ad hæc Hussus? Si Dubravio credimus, rescriptsit Hussus

C 3

is è

betis scriptum, qvod scripsi in Constantiâ, in qvō sunt motiva, &c. e) leguntur ex ibid. f. 62: f) probat hoc ex ipsis Actis Concilii Constantiensis Chetnitius Exam. Concil Trid. f. 330. Conf. Kromay. Th. positivo - problem. p. 945. g) Beat. Rhenan. ad Tertull. de coronâ militis f. 418. Non possum celare studiosos antiquitatis Christianæ, Laicos olim cannis solitos haurire Dominicanum sanguinem è calice, qvod pridem mihi indicabat Paulus Valtz, Abbas Hugoniani cœnobii -- in Valle Albertinâ. -- Idem nuper reperit in primis Cartusiorum constitutionibus Conradus Pellicanus, --- ubi prohibetur, ne qvicq; am preciosorum vasorum possideant, preter calicem argenteum & fistulam, qvâ Laici Dominicum exorbeant sanguinem. h) Fervendus Lucensis Episcopus Epistolâ Bohemis transmissâ) cit. G. Calixto disp. contrâ comm. sub unâ §. 34.) Quambis & apud nos in pluribus Ecclesiis sive Monasteriis ex privilegio, vel ex consuetudine servetur, ut non solum conficiens, sed etiam alii sub utraq; specie communicent: tamen nemo sentit, hoc esse de necessitate salutis. i) Relege historiam Sylvii suprà §. 12. k) ibid. §. 13.

is è carcere, illos tandem reperisse poculum, quod sibi mortem acceleraret. Factum id eo tempore dixeris, quo intellexit Hussus, in articulis errorum, quibus promovere condemnationem ipsius conatus est Michael de Causis, primum esse de communione sub utraqve, quam docuisse Hussum non aliunde probat adversarius *l*), quam quia discipuli ejus sacramentum ita jam Pragæ ministrent *m*). Veruntamen in illis Hussi epistolis reperire ista verba nondum licuit. Relinqamus ergò rem in medio *n*).

quodammodo  
dissentient  
ens diffi-  
det tamen  
scissionem.

§. 62. Minùs ambigere de illis possumus, quæ clarè queunt è scriptis Hussi, circà controversiam hanc paulò antè *o*) allegatis, demonstrari. Produnt ea, ipsum quidem usurpationem calicis liberam potius quam necessariam pronunciâsse *p*); noluisse tamen, ob hanc causam scindi suos, aut impugnari Magistrum Jacobellum *q*); fuisse interim Bohemis *r*), tentarent, quoad fieri posset, ut sacramentum calicis permittatur saltē per bullam illis dari, qui ex devotione postulaverint, circumstantiis adhibitis *s*).

§. 63. Hæc ita cùm sint, supervacaneum fuerit quærere, suane Petrus ab Husso *t*), an hic ab illo didicerit? In hoc enim sententiarum qualicunque divortio neuter alteri sua debuit.

§. 64. Patet interim, cardinem controversiæ fuisse, non simpli- citer, num sacramentum altaris sub utraqve sit specie usurpandum? sed, usurpatio ista moraliter libera sit suapte naturâ, an moraliter ne- cessaria? Libera vulgo credebatur inter Pontificios: quâ ex hypoth-

si &

*l*) Inspice ipsa articuli verba, quæ dabimus §. 72.

*m*) Denn Hus

muste alles gethan haben/verba sunt Herbergeri ipsa illa Hussi de calice sibi letifero verba repetentis.

*n*) Par judiciū de illo Hagecii, referentis f. 74.

Hussum, ubi de utraqve specie à suis Pragæ administratâ nuncium accepisset, hæc effatum: Ich verstehe nun wol / daß mich solch ihr geschwind Vornehmen umbs Leben bringen werde.

*o*) §. 58.

*p*) Sic enim concludit,

[Q. de sang. Christi Tom. I. Oper. f. 43.] Ex jam dictis [testimonia produ- xerat tūm sacræ Scripturæ, tūm Patrum, aliorumque Autorum,] videtur, quod licet & expedit Laicis fidelibus sumere sanguinem Christi sub specie vini. Ex his Hussi verbis etiam Calixtus Disp. contrâ comm. sub unâ §. 25. p. 101. colligit, de necesse sumendi calicis nondum quidqvā eum determinâsse.

*q*) Vide §. 58. e.

*r*) epistolâ, quâ Joanni de Chlum respondet, f. 72.

*s*) Satis remissem. Ita judicat de hoc Hussi consilio Calixtus d. l. p. 102.

*t*) Hoc Sylvium affirmâsse quidam putant, suprà §. 50.

si & Constantiense Concilium, [cui si cum Luthero vocemus Obstan-  
tiense *u* ], non faciemus injuriam, ] eā Laicis interdixit, ( est enim  
penes Magistratum potestas rem per se indifferentem prohibendi, )  
& posteā Basileense Bohemis eam vicissim permisit *x* ), [ nam in his  
talibus & revocare interdictum licet. ] Ex adverso *necessariam* esse  
propugnabat Petrus Dresdensis.

§. 65. Fulgida jam ex his lux erit tūm explicandis ad veri nor- *Hinc*  
mam Aeneæ Sylvii verbis, alioqui subobscuris, tūm depellendis tene-  
bris, qvas offudit huic historiæ Theobaldus, dum illam sanæ doctrinæ  
de sacro calice restitutionem suscepit primū ab Husso fuisse asse-  
rit, à Petro negat.

§. 66. Nondum, inquit Sylvius *y* ), error ( convicium hoc ipsi  
remittamus ) de sacramento altaris ( subaudi, tanquam necessaria sit  
elementi utriusque assumptio ) irrepserat. Mox, cùm significasset, Pe-  
trum doctrinæ hujus primum Bohemis autorem extitisse *z* ), tandem  
qve addidisset *a* ), omnes hereticos consensisse : Zacharias Theobal-  
dus *b* ) hæc Sylvii tanquam minus vera reprehendit ex eo, qvia cla-  
rum sit, sanam de calice sententiam ab Huslo inchoatam fuisse *c* ).

§. 67. Nimirum putavit Aeneam, dum *omnes hereticos* nomi-  
nat, sub his & Hussum voluisse comprehensum, id qvod Flacio qvo- *referuntur*,  
qve venerat in mentem *d* ). Sed constabit sua verbis Aeneæ veritas,  
si ea de Husiticæ doctrinæ sociis tantum, qui Pragæ tūm fuerunt,  
( nam peregrè afuisse Hussum ipsum s̄epe jam inculcavimus, ) inter-  
pretetur. Atqve horum animi sanè, qvanquam initio disidebant  
nonnihil, ad extremum tamen coaluere.

### §. 68. Nunc

*u* ) vid. Kromay. Theol. positivo-pol. p. 944. *x* ) Calixt. contrà  
comm. sub unā §. 43. p. 119. Bohemis integrum communionem & Imperator con-  
cessit, & Basileensis Synodus; interim in suspenso relinqens, num sit necessa-  
ria, sive præcepta, qvod affirmabant Bohemi; an vero libera & indifferens, qbd  
propendebat Synodus. *y* ) suprà §. 9. *z* ) ibid. *a* ) §. 14.

*b* ) Husiten-Krieg Part. I. c. 6. p. 16. *c* ) So ist doch solches klar/ (ait,)   
daß Hus den Anfang gemacht mit dem Kelch. Videri autem vult, non solus  
ita sentire, cùm in præcedentibus esse ajat, qui mirentur, ( neminem tamen  
nominat, ) articuli de Cœnâ repurgationem à Sylvio & Hagecio abjudicari  
Husso, tribui Petro Dresdensi. *d* ) qvâ de re suprà §. 50.

*eiusq; solvi-  
tur argu-  
mentum*

*primum,*

*secundum,*

*tertium,*

*quartum,*

§. 68. Nunc videamus, satisne clarum sit, quod videtur Theobaldo, primordia hujus doctrinæ ad Hussum referenda esse. Conatur ille quidem argumento non uno persuadere hoc nobis: sed frustra, modò ad statum controversiæ, (quem ille non ignorasse modò, sed parum quoque curavisse videtur,) respiciamus, neque temporum, quo scripta quæque sunt, aut testimoniis, qui citantur, negligamus examen.

§. 69. Provocat primò ad locum Hussi Tom. II. oper. f. 12. in Passione Christi ex quatuor Evangelistis. Sed ibi ad verba institutionis Cœnæ Dominicæ nihil aliud Hussus, quam Bedæ annotationes adscribit, quæ ipsæ tamen ad litem de calice nihil faciunt.

§. 70. Deinde citat Tractatum quendam Husse, qui Tom. I. operum legatur, (Quæstionem intelligit de sanguine Christi sumendo,) quem quidem fallitur dum ait scriptum fuisse in carcere e). Verum & exarata demum illa est quæstio post motum à Petro certamen, & ad eam aliter respondet Hussus, quam Petrus, licet tantum pronuncians, quod Petrus necessarium f).

§. 71. Epistola Hussi ad Gallum probat quidem, ipsum Gallo huic autorem fuisse, ne Jacobellum impugnaret g), ducem eorum, qui necessitatem calicis defenderent, fuisse non probat. Atque hoc ad rationem tertiam Theobaldi responsum esto.

§. 72. Quarta petitur ex articulorum, quibus Hussum à Michael de Causis accusatum fuisse jam suprà b) monuimus, primo. Placet eum integrum hoc transcribere i); Primo errat circa sacramenta Ecclesiæ, & signanter corporis Christi, quod publicè ad populum prædicavit, id ministrandum populo sub utraque specie, scilicet corporis & sanguinis. Patet iste articulus, quia jam in Pragâ sui discipuli ministrant illud sub utraque specie. Michaelem ipse Theobaldus acerrimum vocat Hussi hostem. Vel hoc ergo testem hunc reddere suspectum poterat. Nec ignotum, illis in articulis multos fuisse conflictos. Quo censu & pri-  
mum habendum, ut alia præteream, vel inde confirmes, quia nec in decreto, quo Constantiense Concilium communionem sub utraque prohi-

---

e) Refellit hoc ipsa quæstionis inscriptio, quam §. 58. recitavi. f) vi-  
de lit. p. ad §. 52. g) respice iterum ad §. 58. h) §. 61. i) è Tom.  
I. oper. Hussi f. 12. [Apud Theobaldum perperam in margine citatus]

Theo-  
natur  
istrà,  
ò, sed  
rum,  
sexam-  
12. in  
stitu-  
tiun-  
om. I.  
men-  
. Ve-  
men,  
pro-  
Gallo  
rum,  
e hoc  
à Mi-  
rimo.  
men-  
rædi-  
ngvi-  
illud  
Husfi  
Nec  
z pri-  
ec in  
aqve  
rohi-  
f) vi-  
Tom.  
itatur

prohibet *k*), ulla Husfi, nec in articulis Husfi triginta, q̄os velut  
erroneos idem Concilium damnat *l*), ulla communionis sub utra-  
q̄e mentio.

§. 73. Qvæ his tandem subnectuntur de scripto Husfi *m*), *cum appen-*  
*dice.* qvo exagit et jaqtantiam sacrificiorum, se, qvia creare toties  
creent, Beatæ Virginis, non nisi semel Deiparæ, præferentium, ea  
Theobaldus ipse, dum disertè ad articulum de transubstantiatio-  
ne refert, non tam probandi vim habere, qvām amplificandi, ta-  
citatè agnoscit; ut iis h̄ic examinandis immorari non sit necesse.

§. 74. Hæc ita cùm sint, conservemus sanè laudem hanc Pe- *PETRO*  
tro Dresdensi, qvam addictam ipsi semel ab Æneâ Sylvio *n*) pas- *DRESDEN-*  
sim alii continuant, afferentes, *primum* fuisse, *qui sub utragq; specie* *SI sua laus*  
*Dominicum corpus administrandum esse profiteretur* *o*). *afferitur,*

§. 75. Vicissim hujus meriti, qvo illorum sibi temporum Ec- *nævo igno-*  
clesiam eximiè devinxit, item ævi, qvo nondum clara satis Evan- *scitur,*  
gelio lux affulserat, contemplatione, condonemus ipsi, ( eqvidem  
non satis h̄ic circumspecto,) qvod bonam causam ( Osiandri hoc  
judicium est, ) non bene defendit: è loco scilicet Johannis c. VI.  
v. 53. *p*) qvem de spirituali corporis & sanguinis Christi, non  
corporali perceptione exaudiendum Theologi nostri do-  
cent *q*),

D

Tom. 2. f. 311. ] *k*) apud Osiandr. Epit. Histor. Eccles. Cent. XV,  
p. 461. *l*) ibid. p. 463. seqq. *m*) vix dubium, qvin designe-  
tur Husfi replica scripta A. 1412. contrà Prædicatorem Plznensem. In  
eâ enim hæc legas [ Tom. I. Oper. f. 146. ] Sed q̄via condependenter q̄bi-  
dam prædicant, q̄bōd pessimus sacerdos est dignior Beatâ Virgine Matre Chri-  
sti, &c. *n*) suprà §. 46. *o*) hæc Bonfinii verba sunt. Qvæ  
sua non minùs faciunt Bæcholcerus, Qvenstedt, Hofmannus. Calvisius  
& Jonstonus ita rem enunciant: Petrus Dresdensis primus Pragæ mutatio-  
nem cœnæ Dominicæ impugnabit: [ Jonstonus, impugnasse dicitur. ] Tob.  
Schmidt: Wenn man die Historicos ansieht/ so muß man gestehcn/ daß  
Petrus Dresdensis der erste gewesen/ der zur selben Zeit wieder angesangen  
hat zu lehren / man müsse das heilige Abendmahl in beyden Gestalten  
brauchen. *p*) Hoc eum, argumento usum præter Æneam Sylvium  
( suprà §. 12.) testantur Jac. Picolomineus, Naucerus, Bonfinius, Du-  
bravius, Prætolus, Hagecius, Borek, alii. Fabricius eqvidem Iacobel-  
lum à Petro Dresdensi è Divi Pauli scriptis, Albinus etiam ex ipsis ver-  
bis institutionis edoctum fuisse ajunt, Sed his testibus antiquior Æneas

cent q), illud adstruens, quod ex ipsâ institutâ à Salvatore sacrâ cœnæ historiâ debebat.

præsertim  
emendato.

(Obiter ali-  
quid de Ja-  
cobello,

Calixtinis,

§.76. Tantò magis autem ad ignoscendum proni esse debemus, quod constat ex Hagecio, Jacobellum, (cujus exemplo & Petrum sapuisse consentaneum est,) cùm verba Johannis Evangelistæ minùs apta huic scopo esse intellexisset, mandatum ipsius Christi, sacramentum hoc instituentis, urgere cœpisse r).

§.77. Qvâ in re putes & Sanctorum Patrum, atqve in his maximè Cypriani s) lectionem profuisse Jacobello. Sed hæc definire clariùs liceret, si scriptum Jacobelli de communione sub utraqve specie, cuius edendi spem qvalemcunqve fecit Flacius, ad manūs nostras pervenisset.

§.78. Videntur interim infuscatis temporibus illi Bohemorum, qui Calixtini sunt appellati, hoc in argumento locum Johannis nequaquam deseruisse. Constat enim, eos, cùm anteà tantum qui maturâ essent ætate, calicem delibarent, decreto Concilii Constantiensis offensos, infantibus quoque Sacramentum hoc administrâsse t): quod & jam tûm ante mille annos Innocentius I. dicto illo Joannis 6. abusus, faciendum esse docuerat u). Verum hi Syncretistæ Calixtini, solam ceremoniam impertiendi omni-

---

Sylvius, cui nondum vidi qui apertè contradiceret, præferendus videtur.

q) Vide Pruckner. Part. IV. Vindic. Bibl. ad Ioh. 6, 53. f. 617. in fine.

r) luculentius hæc recitatuntur §. 81. & seqq. s) Nam & hunc Jacobello consultum memorat Sylvius, suprà §. 13. passimqve cum eo alii. E Cypriano autem huc illud in primis referas, quod ad Cæcilium scribit lib. II. Epist. 3. f. 36. (ed. Basil. 1558.) Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quod pro nobis Dominus prior fecit. Qvibus gemina passim plura leges in eadem epistolâ. Quæ tametsi disputatione adversum eos modò, qui hoc in sacramento aquam vino substituebant [Aqvarii vocantur in Catalogis hæret corum:] argumenta ejus tamen, [observante Chemnitio Exam. Concil. Trident. f. 303.] generalia sunt, ut adeò ad præsentem quoque de communione sub utraqve controversiam rectè applicentur. Facit huc & sermo Cypriani de cœna Domini, (quem quidem illa ætas genuinum credidit, nos suppositum scimus,) in quo inter alia hæc habet f. 311. Lex eum sanguinis prohibet, Evangelium præcipit, ut bibatur. t) testes Dubracius & Boregk. n) Pruckn. IV. Vind. Bibl. f. 617.

omnibus calicem in cœnâ Dominicâ mordicūs retinentes , de aliis pleraque omnia concedentes Romanensi factioni , secernendi sunt nobis à genuinis Husitis , qvi Taboritæ solebant ac Zelotæ nuncupari x ).

§. 79. Vix dubium interim , ( qvod obiter admonere li- ceat , ) qvin hinc nata sit occasio crassissimæ calumniæ , qvâ Hus- sum gravat Antoninus y ), inter errores , in qvibus obstinatus ille permanens fuerit combustus , etiam hunc referens , qvòd afferue- rit , ipsum Sacramentum debere dari omnibus , etiam Laycis , etiam in- fantibus sub utraqve specie , ex eo , qvod Christus dixit : nisi manduca- veritis , &c. Absolvunt ab hoc mendacio beatum Martyrem articuli condemnationis z ), absolvit scripta ab eo qvæstio de san- gvine Christi , in qvâ nihil de infantibus , nihil de illo Johannis di- cto deprehendes .

§. 80. Redeo ad historiam Petri & Jacobelli , paulò ante a) promissam . Qvam ex Hagecio , cuius è fontibus etiam Dresse- rus b) hausit , repetere vel hanc ob causam libet , ut ex hujus nar- ratione , ( est enim fusior qvodammodo , ) locupletari Sylviana possit , simul & cogitari de componendo utriusque ( nonnullibi enim discrepare videntur , ) dissidio . Communiō

§. 81. Summa hæc est . Cùm ex Evangelio Johannis Jacobel- lum de necessitate sacri calicis monuisset Petrus , respondit ille : Magister ego sum Logices , non Scripturæ Sanctæ . Fateor autem , me sub utraqve hanc rem hæc tenus accuratè non expendisse .

§. 82. Mox scriptis thesibus ad disputandum de hâc qvæ- stione provocavit Magistros , Baccalaureos & Studiosos . Hi re- clamaverunt : è qvibus M. Elias : Ernas , inquit , Jacobelle , Christus enim apud Joannem de spirituali mandatione loquitur : ad hæc nondum eo tempore sacramentum hoc instituerat . Cui Jacobellus : Atqui , cùm institueret , jussit omnes ut edere , sic & bibere . Regere- defenditur à Jacobello tûm dispu- tante ,

D 2 bat

x ) Camer. de Eccles. fratr. in Boh. p. 47. Dieteric. Auctar. ad Catal. Test. Verit. p. 191. y ) Chronic. volum. III. tit. 22. c. 6. §. 3. f. 157. ed. Nurenb. 1484. z ) suprà citat. lit. l. ad §. 72. a) lit. r. ad §. 76.

b ) de urbib.

bat alter: *Fecerunt hoc illi finitā cœnā: cur eos ergo non & in hac temporiis circumstantiā imitaris?*

tum concio-  
nante:

& ad pra-  
xin trans-  
fertur.

PETRUS  
DRES-  
DENSIS  
redit in  
patriam.

§. 83. Acqvievit tum quidem Jacobellus, sed proximā die Dominicā in templo S. Michaelis c) publicē pro concione usum sacræ cœnæ integrum edixit, qvōd ita mandāsse Christum Evangelistæ pariter & Paulus Apostolus disertè confirmaverint.

§. 84. Postero die sacerdos alias *Sigismundus Rzepansky* in Aede S. Martini d) & in eundem cum Jacobello, à quo eruditus fuerat, sensum differuit, & magno sexūs utriusque cœtui sacramentum sub utraqve specie porrexit. Id qvōd & Jacobellum aliosqve fecisse memorans Hagecius, hujus tamen praxeos auspicia prima e) Sigismundo defert f).

§. 85. Absolvimus Historiæ totius ea membra, qvæ Sylvius ad nos princeps transmisit. Nam qvōd ipse hisce commemoratis subjungit deniqve, *Jacobello consensisse omnes hereticos* g), id qvō sensu exaudiri, ne vis inferatur veritati, debeat, jam in superioribus h) declaratum est.

§. 86. Restate ea nunc expediamus, qvæ intacta Aenea Sylvio Georgius Fabricius, & post hunc alii de Dresdensi Petro retulerunt in literas, Lucimoderatorem eum, cùm rediisset in patriam, non unā in urbe fuisse, sacrasqve cantilenas quasdam compo- fuisse.

§. 87. Ju-

c) Qvōd ergo Sylvius (suprà §. 13.) ait prohibitum fuisse Jacobellum prædicare apud facellum Archangeli Michaelis, de tempore concessionem hanc infecuto capiendum fuerit. d) Qvomodo hoc conciliabimus cum narratione Sylvii, cui Martiniani templi minister jam non Sigismundus est, quem planè obtinet, sed Jacobellus? An dicemus, duo fuisse templa Martini, majus unum (*majoris enim mentio apud Sylvium* §. 13.) minus alterum? e) De praxi ipsa tacet hic Sylvius, neqve primum hāc in re apertè qvenqvam nominat. Qvo pacto nihil ipsi cum Hagecio dicas intercedere disfidii. Videntur alii tamen Sylvium sic accepisse, quasi tacitè primæ praxeos laudem dederit Jacobello. Fabricius: *Primus (Jacobus) plebi Boemicae, juxta Christi institutum speciem utramq; in divi Martini templo porrexit atq; divisit. Confona his dabunt Albinus & Bucholcerus. Chytræi verba qvare lit. u. ad §. 54.* f) obiter sub A. 1417. f. 77: g) §. 14. h) §. 67.

§. 87. Juvat h̄ic etiam ordiri à tempore. Dresserus *i*) ait, *non post obi-*  
*eum Pragā Misniam venisse, cùm ob dogma de integro usu S. cœ-*  
*næ fuisse hæreticus judicatus; Schmidius *k*) denuò repetiisse,*  
*Misniam, cùm Pragæ Ludimoderatorem egisset; Krügerus *l*) post*  
*obitum Husi Pragā relicta rediisse in patriam. Hos si seqvimus,*  
*necessè est, bis dicamus Petrum à Bohemis ad suos in Germaniâ*  
*cives reversum: semel A. 1409. in illâ Pragensis Academiæ dissi-*  
*patione *m*), iterum circa annum 1415. hic enim ut emortualis*  
*Husso, sic Petri certamine Pragensi, & ejusdem ibi scholasticæ fun-*  
*ctionis ingressu posterior fuit.*

§. 88. Si claris hoc & fide dignis evinci testimoñiis, aut ur-  
bium, qvarum Scholis præfuit noster, annalibus accuratè perspe-  
ctis confirmari queat, haud abnuam. Sin meris suspicionibus tota  
res geritur, liceat h̄ic mihi conjecturæ imbelli fortiorem opponere.

§. 89. Certum est Petrum, cùm A. 1409. reversus in patriam  
fuisse, odio religionis, qyam ipse profitebatur, pulsum Pragam  
se, tanq̄vam ad asylum Husitarum, denuò recepisse *n*). Constan-  
tem in h̄ic religione perseverâſle nemo negat. Qvis credat ergo,  
relicto eum hoc asylo tām infelia sibi loca denuò adiisse? Qvis  
credat, si adiit, non pari eum suppicio cum aliis Germanis, qvos  
iis temporibus Wormatiæ, Spiræ, Ratisbonæ, Gothæ, Berolini, San-  
gerhusii, Magdeburgi, Stralsundæ fortunam Husi expertos legi-  
mus *o*), fuisse affectum? Atqvi hos inter martyres nemo nomina-  
tur *Petus Dresdensis.*

D 3

§. 90. Quid

*i*) p. 209. de urb. Germ. *k*) Zwick. Chron. p. 412. Es ist aber Petrus Dres-  
densis, nachdem er erstlich ein Schulmeister zu Praga gewesen/nachmals wie-  
der in Meissen gezogen/ da er erst Schulmeister in seiner Heimat/ und 1420.  
gleiches Amt zu Zwickaw überkommene. De anno 1420. rem posteà ex-  
cutiam §. 96. Hic illud obiter moneo, cur patriæ urbis nomen non ex-  
presserit Schmidius, cur Chemnicensem, aliis h̄ic memoratam, planè  
siluerit, non sine causâ factum videri. Putes enim ipsum abstinere sic vo-  
luisse à controversiis, qvæ partim de patriâ nostri, partim de urbibus,  
qvæ reverso à Bohemis Scholasticas functiones commiserunt, moveri  
solent. Rem intelliges tūm è dictis §. 23. seqq. tūm è dicendis §. 99. 100.

*l*) Sic enim hic de Petro: Begiebt sich nach Johann Huszen Todt von  
Prag/ da er zuvor ein Professor war/ ( excusi hoc §. 44. lit. s.) in sein  
Waterland/ wird auch erstlich zu Meissen/ hernach zu Chemnitz/ und endlich  
zu Zwickaw Schul-Rector, da er auch in hohem Alter stirbt A. 1440.  
*m*) supra §. 38. *n*) ostensum hoc §. 40. *o*) Flacius Catal. test.

*-ur suspican-  
tur qvidam*

*è Fabricii*

*loco*

*minus accu-  
rato,*

§. 90. Quid igitur doctis viris perswasit, ut uno Petri in patriam reditu non contenti alterum quoque adjicerent? Quid eos movit, ut iis temporibus ipsum nobis scholarum Germaniae quarundam sisterent Moderatorem, quibus Huso de sententiâ Concilii jam combusto longè periculosior per has regiones fuit ejus doctrinæ professio, quam vivo adhuc, & nondum condemnato? Ultima opinionis hujus origo videtur in Georgio Fabricio, (quam hunc nemo ipsorum citat,) quarenda esse.

§. 91. Fabricius enimverò, cum retulisset, Misnensem Jacobum à Petro nostro monitum plebi Bohemicæ speciem utramq; juxta Christi institutum divisisse, mox & alios Husi socios p) memoravisset, statim pergit q): *Petrus ille rediit in Misniam, & Ludi moderator fuit primùm in patriâ, deinde Chemnitii & Zwickaviæ.* r). Hæc ergò legentes facile potuerunt eò flecti, ut crederent, Petrum post restauratam se monitore à Jacobello sanam de benedicto calice doctrinam remigrâsse in provinciam sibi natalem.

§. 92. Fabricium ergò si mihi quis h̄ic opponat, respondebo illi primū, à viro de historiâ benè alias meritissimo minus accurate fuisse tempus hoc supputatum. Petri enim cum Jacobo colloquium refert ad annum 1410. cum ad 1414. debuisset s). Deinde, si voluit hoc Fabricius, rediisse Petrum ad suos Misnenses de-

mùm

---

Verit. p. 853. ed. Bas. 1556. *Habuit & in Germaniâ Hus etiam post mortem multos sectatores. Quid inde quoque probari potest, quia ejus dogmatis causa non pauci exusti sunt, ut Joannes Draendorff, Nobilis ac sacerdos Misnensis VVormatiæ anno 1424. Petrus Tornavv Spiræ, anno 1426. Henricus Granfelder sacerdos Ratisbonæ anno 1420. item ibidem anno 1423. Henricus Radtgeber sacerdos, ex Gothâ Thuringiæ; Matthæus Hager Berolini, anno 1458. & alii alibi. Joach. Camerar. de Eccles. Fratr. in Bohem. p. 48. Memorantur tunc diversis in locis tanquam heretici necati palam aliqui [ Husitiæ, ] ut Sangerhusii in Duringiâ, in Saxoniâ Magdeburgi, ubi combustus nominatim indicatur Diaconus quidam nomine Jacobus. Joh. Jonston. Part. V. Polyhist. p. 651. Circà idem tempus [ A. 1417. ] exustus est apud Stralsundenses, qui publicè Husi doctrinam profitebatur, Johannes Bucholtzius, ex pastoribus unus. p) nomina horum è Fabricio expressimus §. 16.*

q) §. 17. r) His omnibus gemella prope dabit ad Fabricium provocans, licet verbis non penitus iisdem, & Bucholcerus sub anno 1410. s) ostensum hoc §. 54. & seqq. De Fabricio vide quæ lit. 5. ad dictum

mùm post restauratam de communione sub utraqve suis auspiciis doctrinam, optem hoc idonei testis suffragio doceri. Tacet hoc sanè citatus Fabricio ad præcedentia Sylvius, è quo Petrum Bohemos anno 1409. reliqvisle docuimus <sup>z</sup>): nec alium, qvi Fabricio prior id prodiderit, recordari queo.

§. 93. Possunt eqvidem Fabricii verba, si commodam interpretationem adhibeas, etiam ita exponi, ut nobis non refragentur. Ait ille, *rediisse* Petrum in Misniam, *secundâ vice* sic cum rediisse, non ait. Licebit ergò hoc exaudire de unico redditu, qvem & Sylvius habuit notum, qviqve colloqvio illo Petri cum Jacobello non posterior fuit, sed prior. Quo pacto simul excusabitur numerus anni Fabriciani 1410. si hunc ab isto colloqvio flectas ad redditum Petri priorem colloqvio. Sed num hoc ita voluerit vir eruditissimus, hæreo sanè, cùm narratio ejus, si ad historiæ justam seriem omnia exigantur, sic satis sit perturbata <sup>u</sup>).

&

*obscuro:*

§. 94. Observo interim, à Calvisio sic Fabricii ( nam hunc allegat, ) fuisse mentem acceptam, qvæsi voluerit redditum Petri in annum incidisse 1411. <sup>x</sup>). Existimavit nimirum, colloquium hujus cum Jacobello, cui annum 1410. adjunxerat Fabricius, ab ejusdem in patriam regressione anni ad minimum unius spacio dirimendum esse.

§. 95. Verùm qvæcunque mens hîc Fabricii fuerit, nobis tamdiu, donec robūtis documentis vincamur, sedebit sententia, Petrum, ubi semel in Patriam A. 1409. regressus post annorum aliquot

---

§ 54. monentur. <sup>z</sup>) ad §. 9. lit. I. <sup>u</sup>) Clarius paulò in hanc rem locus est Hieron. VVelleri p.133. Analect. Auslegung über ein alt Weyh-nacht-Lied/ welches ein Gottfürchtiger Hoherleuchter Mann / Petrus von Dresden / der des Märterers Jesu Christi / Johannis Husen Gehülfe gewest/darnach Schulmeister zu Dresden/zu Chemnitz und Zwickau warden ist/umb das 1410. Jahr von der Geburt unsers H E R R N und Heylandes Jesu Christi/samt andern mehr gemacht hat. Dubites qvidem hîc, an mentionem anni 1410. ad præcedentia referas de Scholasticis functionibus, an ad seqventia de hymnis à Petro conscriptis. Sed utro accipias modo, parum id qvidem refert. Consentaneum enim, hymnos eum suos, qvi Germanica Latinis miscent, hoc ipso tempore, quo reveritus in patriam Scholis præfuit, composuisse. <sup>x</sup>) Ad hunc annum

aliquot experimenta, fixam in eâ sedem, qvòd Hussi partes sequeretur, sperari sibi non posse animadvertisit, apud Bohemos, qvicq; qvid ævi superfuit, transegisse. Qvo posito necesse fuerit, functiones ejusdem in patriâ scholaſticas ad ea ipsa retrahere tempora, qvæ tūm ipſius cum Jacobello congressum, tūm Husſi martyris vivi comburium non subsecuta sint, sed antegressa.

nec anno  
1420. Zuic-  
caviam ve-  
nit,

§. 96. Atq; Schmidius, inq; aliquid, disertè annum 1420. enunciat, qvo Petrus scholaſtico fungi magisterio cœperit Zuic-  
caviam y). Nolim equidem viri de patriâ suâ scribendo Chronicō, cui & Annales adjecit, meriti optimè, laudib; qvicq; dero-  
gari: sed illi tamen ut h̄c assentiar, nisi efficaci documento, qvod  
qvidem h̄c nullum video, annum hunc 1420. stabilit, impetrare  
à me non possum: præsertim qvi meminerim aliquid humani qvo-  
qve passum, ubi Osiandri errorem secutus Petrum Dresdensem  
A. 1400. ait communionem sib; unā impugnare cœpisse z).

§. 97. Qvod si bellum illud reproto, qvo circâ ea tempora  
Husſitæ has provincias, & in his Cygneam urbem vel ipso Schmi-  
dio teste a) graviter affixerunt, sanè verosimile vix videtur, Pe-  
tro, qvem Husſitarum utiq; religioni constanter adhæſisse nemo  
vocat in dubium, sedem tūm in his regionibus vel conceſtam, vel  
ad annum usq; 1440. qvo Cygneæ ipsum obiisse nescio qvem  
autorem secutus pronunciat Krügerus b), prorogatam fuisse.

sed Pragâ  
discessit A.  
1409.

§. 98. Sic ergo res tandem hoc redibit iterum, ut statua-  
mus, ipsum potius A. 1409. ubi Pragam unâ cum Germanis cæte-  
ris deseruisset, provinciam informandæ in scholâ non unâ juven-  
tutis suscepisse, eaq; per qvinquennii spaciū fideliter fuisse  
functum, donec A. 1414. odio sinceroris, qvam ab Hutto, non-  
dum damnato qvidem, sed furoribus Pontificiorum jam exposito  
acceperat, doctrinæ agitatus, refugere ad Pragenses cogeretur.

Qvæ

---

verba Calvisii hæc sunt: Petrus Dresdenſis, qvi primus Prague mutationem  
Cœnæ Dominicæ impugnat, in Misniam venit, regitq; Scholas Misnenſem,  
& pōst Chemnicensem & Zuiccaſienſem -- Eccl. Fab. y) verba ejus  
qvære lit. k. ad §. 87. z) principium erroris lits. ad §. 54. dete-  
ctum vide. a) Vide Chron. ejus p. 219. & Annales sub annis 1426.  
1429. 1430. p. 186. 188. 190. b) suprà lit. l. ad §. 87.

Qvæ sic etiam causa fuerit, cur semel iterumqve, dum hæret in patriâ minus gratus, urbem urbe mutaverit.

§. 99. Porrò tres nominari urbes video, in qvibus Ludimagistri fuerit commissum ipsi officium. Verùm in his qvoqve disfida duo scribentium animadverto. Levius illud de duabus posterioribus, qvas qvidem *Chemnicum* fuisse ac *Zwickaviam* seu *Cygneam*, omnes excepto Schmidio, qui *Chemnitium* planè præterit *c*), consentiunt, sed hīc *Zwickaviam* Dresserus *d*) & Albinus soli *priorem* memorant, *posteriorem* [reliqui omnes *e*). Qvorum calculis meum adjungo, non tām multitudini suffragiorum cedens, qvām Welleri victus autoritate atqve Fabricii.

§. 100. Eadem Welleri ac Fabricii autoritas persuadet mihi, ut qvod ad alterum, idqve gravius disfidium attinet, credam, Petrum anteqvam ad Chemnicienses atqve Cygneos docendi gratiâ migraret, Scholaſtico munere functum fuisse *Dresdae* potius, cujus apud Wellerum *f*) clarissima est mentio, apud Fabricium *g*) non penitus obſcura, qvām *Misenæ*, qvod posterius multis qvidem placet *h*), sed vix aliam opinor ob causam, qvām qvia mentem alius Fabricii non affequitur *i*), alijs sic aberrantem seqvitur.

§. 101. Accedat autoritatiratio. Probabilius enim est, rēducem ad Germanos Petrum in urbe natali subsidia vitæ & qvæſivisse primū, & impetrâſſe, qvām alibi.

§. 102. Qvāramus porrò, qvā inter scholarum iſtarum magistros dignitate polluerit noster? Schmidio *k*) apertè *Rector* audit scholæ Cygneæ, Krugero *l*) etiam cæterarum duarum *m*). Sed vox Ludimoderatoris qvā post Fabricium alii qvidam, vox item

E

Scholæ

*c*) eā fortasse ob causam, qvā ad §. 87. lit. k. tetigi. *d*) de urb. Germ. p. 209. *e*) VVellerus, Fabricius, Bucholcerus, Calvisius, Krügerus, VVeberus, Söffingus, Hofmannus. *f*) suprà lit. u. ad §. 93.

*g*) vide lit. u. ad §. 17. *b*) omnes puta, excepto VVellero & Fabricio, qvos memoravi ad §. præced. lit. *e*. *i*) ut Bucholcerus, de quo vide §. 23. *k*) Chron. p. 412. qui qvidem posteā [ verbis qvæ lit. k. ad §. 87. descripsi] satis habet appellasse Scholæ magistrum. *l*) suprà lit. l. ad §. 87. *m*) Confer lit. x. ad §. 94. locum Calvisii.

Et Chemni-  
tii ac Zwick-  
avia,

prius au-  
tem Dresden.

non Misenæ,

functus est  
officio scho-  
lastico,

Scholæ magistri *n*), qvâ Wellerus & Albinus utuntur, applicari videtur posse Collegis etiam Rectore inferioribus.

fortasse  
Cantoris.

Composuit

hymnos,

& cantile-  
nas latino-  
germanicas

§. 103. Quid ergo si putemus eum *Cantoris* functum officio? Sanè hoc suspicandi causa inde nascitur nobis, qvòd *hymnos* eum qvosdam Ecclesiasticos seu *Introitūs* de diebus festis, item *Cantilenas* aliquot sacras, in qvibus germanica sunt latinis mixta, composuisse proditum est *o*). Confirmabitur hæc suspicio, si demonstrari queat ( qvod qvidem alioqui probabile est,) rhythmis eum suis modulos quoque Musicos adcessisse.

§. 104. Ad *hymnos* Petri Dresdensis etum refero, qvem peculiari expositione illustravit Hieronymus Wellerus *p*). Inter *cantilenas* autem, qvæ vicisitudine gratâ latini & germanici sermonis usurpantur, maximè notæ sunt nobis, ipsi etiam B. Luthero, qvæ in Ecclesiis nostris conservarentur, dignæ habitæ *q*), *In dulci jubilo r*), & *Puer natus in Bethlehem s*). Præter has memorantur & aliæ, nimirum *Qvem pastores t* : *In natali Domini u* ) :

Nobis

---

*n*) Schalmeister. *o*) à Fabricio suprà §. 18. & aliis

*p*) Analect. germanicè vers. à Mich. Hempel. p. 133. seqq. ubi testatur inter alia, Christum eo in hymno vocari eine glühende Kugel im brennenden Feuer. *q*) Extant in libro der geistl. Lieder / qvi superstite adhuc Lutherò plus unâ vice prodiit. In editione A. 1544. habes eas p. 136. 137. Præfatio p. 131. his verbis eas ac similes ipsarum commendat: Diese alten Lieder -- haben wir auch mit aufgerafft/ zum Zeugniß etlicher frommen Christen / so vor uns gewest sind in dem großen Finsterniß der falschen Lehre. Auf daß man ja sehen möge / wie dennoch allezeit Leute gewesen sind / die Christum recht erkannt haben / &c.

*r*) Cantilenæ hujus autorem *M. Petrum de Mladono* hic haberi frustra nobis persuadere conatur Zach. Theobaldus Husitenfr. II. p. 148. *Petro Dresdensi* eam asserunt Dresserus, Calvisius, Herbergerus, alii. *Qvomodo autem eam Pontificii*, ut Mariolatriæ suæ inserviret, adulteraverint, VVeberus annotavit. *s*) Tribuunt hanc *Petro Dresdensi* Krüger, Calvisius, Söffing. *t*) ab Herbergero. Habes autem eam in Harmoniâ sacrâ Scholæ Gorlic. p. 72. edit. 1613. *u*) Duas hujus initii cantiones reperio, quarum una his verbis continuatur: *gaudent omnes Angeli*, [Gesangb. Görliß A. 1610. Part. I. p. 56. ] altera his: *caeti gaudent Angeli*, [ibid. p. 106.] Prioris autorem credi Petrum Dres-

Nobis est natus bōdīex).

§. 105. Sed quid movit ipsum, ut inusitatas Ecclesiæ canendi formulas comminisceretur, qvæ germanico sermoni miscerent latinum? Si Schmidium audimus, decreverat ipse initio merè germanicas cantilenas templis invehere; obstiterunt alii, qvòd nolent ab Ecclesiæ Romanæ ritibus, qvæ non nisi latinis assuevisset, recedi; ipse litem ad Pontificem detulit, qui tandem supplicibus Petri literis victus, indulxit hoc saltem cantionum genus, qvod utriusque lingvæ mixturam præ se ferret. Miraculum hoc dixerim. Solent enim Romani Pontifices versūs eos, qvos pro hæreticis habent, fulmina centum citius, qvām benevolentia vel hebetissimum radium unum ejaculari.

§. 106. Alia Valerii Herbergeri opinio, qvam qvidem in ipso deprehendere nondum licuit, affertur y), significare sic autorem voluisse, præ stupore insigni, qvem divinorum excitet miraculorum magnitudo, nescire Ecclesiam, qvid loqueretur aut qvomodo. Alludunt hæc non leviter ad spiritualem illam, qvam Theologi mystici laudant, ebrietatem z) & jubilatio-

E 2

aut inclinante

Theologia  
mystica,

densem ait Scriptor anonymous Fomitis maturioris curæ, [ das ist / Anleitung / - wie die geistlichen - - Lob - Gesänge -- mit mehrer Andacht können - - gesungen werden / - ] Rig. 1632. C. 4 : D. 1. Fortisan idem & posterioris autor. x) apud eundem Anonymum D. 2. Exhibit eam & absqve mentione Autoris Nürnb. Gesangb. p. 309. ed. 1623.

y) ab eodem Schmidio Zwick. Chron. p. 413. hanc sententiam improbante, qui & alios, neminem tamen nominans, idem eum Herbergero sentire innuit. Multa scripsit Herbergerus, pietatis, eruditio, eloquentiæ famâ insignis Theologus; ubi ista scripserit, non additur. Hoc certum habeo, non legi tale qvid in concione ejus de Husso [ ad qvam hâc in dissertatione nostrâ sèpius respeximus, ] qvanqvam ibi cantionum Petri latino-germanicarum mentio. Rem interim Schmidii verbis exeqvor: Etliche/ als Valerius Herberger ic. geben für/diese Lieder weren gemacht worden/anzudeuten / die großen Wunder Gottes/ daß gleichsam die Christliche Kirche aus großer Verwunderung / nicht wüste / wie und was sie reden solte. z) Maxim. Sandæ. Clav. Theol. myst. p. 187. Est ebrietas spiritualis, quando qvispiam plus spiritualis gustus & voluptatis percipit, qvām cor illius, aut appetitus vel concupiscere vel capere possit. Ist hac spiritualis ebrietas gustus varius & insolitos in homine excitat. Quidam

nem a), qvam adeò & prima Cantici, *In dulci jubilo*, verba præse ferre aliquis putet. Sed mysticæ tamen Theologiæ Petrum fuisse addictum affirmare non audeo.

qvam ut si-  
am pararet  
pure german-  
nicis.

Obiisse fer-  
tur anno  
1440.

§. 107. Digna maximè, qvam non recitemus modò, sed seqyamur etiam, sententia est Kromayeri b), & Söffingi c), eum in finem id genus cantilenarum compositum à Petro fuisse perhibentium, ut sensim viam ad cantiones merè germanicas introducendas, (cùm alias merè latinis in Ecclesiâ Pontificiâ reboarent omnia,) muniret.

§. 108. Restat, aliqvid de obitu nostri referamus. Verùm aliud híc nihil occurrit, nisi qvod è Krügero d) didicimus, admodùm senem obiisse anno 1440. Idem addit, contigisse hoc Cygneæ. Sed cur in Bohemiâ potius mortalitatem exuisse credamus, suprà e) jam redditâ est ratio.

§. 109. Finita sic Petri est historia, quantum ejus ad nos transiit. Aequm autem omnino, ut venerabilem viri hujus memoriam custodiamus porrò. Misera tunc in his regionibus facies fuit religionis. Excitavit tamen hominem Germanum D E U S, qvi & civibus suis vernaculos præiret hymnos, eosqve plenos pietatis f), & inter Bohemos κυλικολεψίαν sacrificiorum Antichristi felicissimo eventu primus impugnaret g)

§. 110. Suc-

dum sic ebrii sunt, præ gaudii abundantia in cantica & Dei laudes prorum-  
punt. Alii præ nimiâ cordis voluptate multas emittunt lacrymas &c.

a) Idem p. 259. J U B I L A T I O est testificatio insolentis gaudii per ho-  
rem minùs cognitam & perceptam, aliquando etiam inconditam. b) Hi-  
stor. Eccles. p. 527. c) p. 92. 93. rer. gestar. ab A. 1500. ad 1600.

d) respice ad lit. 1. sub §. 87. e) §. 95. 97. f) Repertus est vir  
pius, cuius anima jamjam è mortali corpore discessura, Petri Dresden-  
sis hymnum caneret, in eoqve exultaret. Historiam è D. Jac. VVelleri  
fascic. vivent. Brunsvic. conc. 13. p. 557. his verbis recitat VVencesl.  
Bergman Tremend. mortis hor. p. 327. Herr M. Antonius Berger/ Pfarrer  
der Kirchen zu S. Andreæ in Braunschweig hat bey seiner großen  
Schwachheit mit herandringenden end mit Freuden angefangen zu sin-  
gen: In dulci Jubilo, und das Trahe me post te zum öfftern wiederholst.  
Ist also unter dem Gebeth selig entschlaffen den 2. Januarii 1643. seines Al-  
ters im 56. Jahr. g) Respice cumprimis ad §. 46. 53. 74.

§. 110. Successit illud seculum, quo affulgente sibi cœlitùs  
clarissimâ Evangelii luce B. Lutherus eandem in atavos diffudit  
nostros, & qvicqvid caliginis sub regno tenebrarum hæc provin-  
cias afflaverat, dexterimè discussit. Hæc sanctissimæ religionis  
integritas in nos derivata ne unquam posteris intercidat, Nu-  
men Divinum supplici voce veneramur!

---

## COROLLARIA:

### I.

Discrepantia circumstantiarum in  
autoribus eandem historiam re-  
ferentibus non sat firmum est ar-  
gumentum historiæ penitus con-  
fictæ.

### II.

Causa prima in operando cum se-  
cunda concurrit.

### III.

Animam nostram generari per tra-  
ducem sententia optima est.

### IV.

Samsonis ἀυτοχείρια omnino laudan-  
da est.

### V.

Simultanea Polygamia est illicita.

**T**HOMASII ductu propōnis lemmatadocta,  
Qvæ sunt digna Tibi scitu aliisqve simul.  
Laudamus studium JOVÆ benedictio nostri  
Successus porrò det Tibi, corde precor!

piæ gratulationis ergò  
addebat

**GEORGIUS MOEBIUS,**  
D. Prof.P., Facult. Theol.Sub-Sen.  
& DECANUS.

---

**Q**vem Dresden *ENSIFERI* sedes augusta Dynastæ  
Protulit in Mysiis secla duo ante plagis,  
Qvem Praga, atqve, solum mibi qvæ natale, *Cygnæa*  
Regem habuit Latiæ non sine laude Scholæ,  
Hunc media in lucem trahis ex caligine PETRUM,  
Et sacri calicis fata Bohema refers.  
Macte animo, Dresdensis, eo! Sic gloria CHRISTI,  
Et Patriæ asseritur lausq; decusq; tuæ;  
Sic lux in tenebris divina ostenditur ipsis,  
RUTIGER Oq; salus sub DUCE nostra patet.  
Macte animo, Dresdensis, eo, qvemq; eripis atro  
Pulvere, Dresensem dein imitare tuum!  
Sincerus sic † Pastor eris, doctorvē juventæ,  
Dresdensisq; adeò munere Petrus eris.

properabam  
Auditori hactenus longè charissimo, nunc sub Ve-  
nerabili Socero meo disputanti fortè fau-  
stissimam comprecatus

**L. Joachimus Fellerus, Cygn. Poëf. P.P.**  
& Academ. Bibliothecarius.

† Conradus VVimpina in Anacephaleosi Sectarum fol. 27. hunc Petrum  
Dresensem facit Pragensem Concionatorem penes D. Michaelem;  
Sed alii Pragensem Ludi-magistrum. Dresden-

Dresdensem PETRUM memoras *Dresdensis & ipse*,  
Sic pius est curæ Sympatriota *Tibi*.  
Qui Pragæ primus monstravit dogmata sancta,  
De Cœnâ Domini, qvæ dedit ipse DEUS.  
Maluit exilio qvi se submittere duro,  
Qvam Papistarum dogmata falsa seqvi.  
Hujus dum cursum tractas, *Doctissime Schreiber*,  
Rem tractas de qva laus *Tibi* certa manet.  
Nam qvæ de PE TR O dicunt contraria scripta,  
Concilias, lumen reddis & Husiticis.  
Sic Patriam charam non parvo insignis honore,  
Dum tales sifis, Patria clara qvibus.  
Gratulor his cæptis, concedat Numen ab alto,  
Ipse ut mox Patriæsis honor atqe decus!

*In honorem Eruditissimi Dn. Respondentis  
hac adjicere volebat*

**VALENTINUS FRIDERICI,**  
S. S. Theol. Baccal. Facult. Phil. Assessor.  
Min. Princip. Collegii Collegiatus.

Hussi Dresdensis recipit dum dogmata Petrus,  
Et veram patriæ monstrat ad astra viam;  
Turpiter in Papam nimiò seducta favore  
Dresda olim Petrum non capit ampla suum.  
Quid de Te speres, SCHREIBERE, ajasve futurum?  
Hac instare Tibi num qvoge fata putes?  
Quippe Hussi sequeris penitus qvoge dogmata Dresdâ,  
Husso & predictus qvæ renovavit olor.  
Vanus at hic timor est. Magno devincta Luthero  
**SCHREIBERUM** capiet nam tua Dresda suum.

Paucula hac Ornatisimo Dn. Respondenti insigne, qvod edidit,  
eruditionis specimen animitùs gratulatus scrib.

**M. JOH. HEINRICUS ERNESTI.**

*Dum*



Zd 2310 QK

Dum de Dresdensi dicitur, CHARISSIME, Petro,  
Succelamo: Petrus quam bene currit! age  
Gratulor ex animo, pondus Celsissimus ausis.  
Addat, ut in proprium pullulet hocce decus!

Sic Pereximio Dn Respondenti, Commensali suo,  
de egregio specimine gratulari volebat,  
debebat

M. Joh. Fried. Jünger/  
SS. Theol. Stud.

Arte paratur honos, stygias descendere ad umbras  
Ars vetat, æternum nomen ab arte venit:  
Hec, SCHREIBERE, Tibi mens est, Te scripta Sophorum  
Temporis & prisci volvere facta juvat.  
Testis nunc cathedra & Musarum Præses Apollo,  
Quodque edis magnæ laudis & artis opus.  
Macte ausis, SCHREIBERE, Tuis, ita currere perge!  
Hoc stadium, insignis palma parata Tibi est.  
Felix qui Patriæ studiorum consecrat usus  
Quanihil in terris charius esse debet.

Hanc amoris non fucati tesseram Schreibero  
suo πυλυΦιλατω ponere voluit  
Jonas Gelenius S. Georg. Hung. SS.  
Th. Stud. & Alumnus Electoralis.



WANT

41

Pon 2d 2310, QK

ULB Halle  
002 392 836

3



nger/

SS.  
is.





Fun. d. K. 26

DISS.  
PET  
I

JOVA  
Inclyto SEN.


VIRI  
DN.M.JA  
Eloquent. P  
Ordinis Su

*Præceptoris*

Placidæ Συ  
Addiem.

JOHANN - C  
DRESDEN


LITER



**TIFFEN®** Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Centimetres      Inches



ICA  
ES-

ente,  
sentiente

MI  
MASII,  
ilosoph.  
olleg.

notoris

nittit  
L.

Schreiber /  
Stud.

88.5.